Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

August Pfeiffer

Synopseos Nobiliorum Atque Selectiorum E Philologia Sacra Quaestionum Pars Prima, Prooemialis Et Grammatica, Qua Agitur De Linguae Sanctae, ut & coeterarum Orientalium, Chaldaicae, Syriacae, Samaritanae, Arabicae, AEthiopicae, Persicae, Turcicae, AEgyptiacae, Armenicae, Ibericae, Chinaicae, &c. ...

Wittebergae: Wendt, 1667

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn794233252

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn794233252/phys_0001
DFG

Cra - 345. 1-8

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn794233252/phys_0002
DFG

Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn794233252/phys_0003
DFG

SYNOPSEOS NOBILIORUM ATQVE SELECTIORUM E PHILOLOGIA SACRA QVÆSTIONUM

PARS PRIMA,

PROOEMIALIS ET GRAMMATICA,

QVA AGITUR

De Lingvæ Sanctæ,

ut & cœterarum Orientalium, Chaldaicæ, Syriacæ, Samaritanæ, Arabicæ, Æthiopicæ, Perſicæ, Turcicæ, Ægyptiacæ, Armenicæ, Ibericæ, Chinaicæ, &c. Origine, natura, uſu & adminiculis; de genuina Antiquitate Literarum, Vocalium & Accentuum Ebræorum; De Lingvæ Ebraicæ Analogia, &c.

Acceſſit

DISSERTATIO

De

POESI EBRÆORUM VETERUM ET RECENTIORUM.

AUTHORE

M. AUGUSTO Pfeiffern/

Coll. Phil. Adjuncto.

WITTEBERGÆ,

Typis MICHAELIS Wendt/ Anno M DC LXVII.

4.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn794233252/phys_0005

DFG

INCLUTÆ
ACADEMIÆ WITTEBERGENSIS
RECTORI MAGNIFICO,
VIRO NOBILISSIMO, EXPERIENTISSIMO
ET EXCELLENTISSIMO
DN. CONRADO VICTORI
SCHNEIDERO,
Medicorum noſtri ſeculi cele-
berrimo & Facultatis ſuæ venerabili Seniori,
Principp. Anhalt. Archiatro;
VIRO
MAXIME REVERENDO, MAGNIFICO
ATQVE EXCELLENTISSIMO
DN. ABRAHAM CALOVIO,
Theologo ſummo, deq; Eccleſia γνησίως Lutherana
meritiſſimo & Prof. Publ. Primario, Circuli
Electoralis Saxonici Superintendenti Generali
& Conſiſt. Eccleſiaſtici Adſeſſori
graviſſimo;

VIRIS

NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS

ATQVE EXCELLENTISSIMIS,

DN. MICHAELI WALTHERO,

Superiorum Mathematum Prof. Publ. & Facultatis suæ p. t. DECANO Spectabili,

DN. JOH. ERICO OSTERMANNO,

Græcarum Literarum Prof. Publ. Alumnorum Electoralium Ephoro & totius Academiæ Seniori Venerabili,

DN. ANDREÆ SENNERTO,

Lingvæ Sanctæ & cœterarum Orientalium Prof. Publico meritissimo,

DN. OTHONI PRÆTORIO,

Poëseos Prof. Publ. & Serenissi. atq; Potentissi. Electoris Saxoniæ Historiographo,

Celeberrimis illustris Leucoreæ luminibus,

DOMINIS, PRÆCEPTORIBUS, PATRONIS ATQVE PROMOTORIBUS VENERANDIS

PROSPERA OMNIA!

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn794233252/phys_0008
DFG

RECTOR MAGNIFICE,
PATRONI VENERANDI,

IN vulgus nota est Chinensium jactantia, quâ cæteras nationes præ se vel tanquam cœcutientes vel planè cœcas alto supercilio despiciunt: quem fastum præstat generoso vindicare contemtu, quam excurrendo in proprias laudes alio fastu conculcare. In eo verò, ne quid dissimulemus, plerisq; etiam nostratium oculatiores videntur, quod rectè æstimant, quid per totam vitam Præceptoribus debeamus. *Nunquam* enim, si fides habenda Martino Martinio *Hist. Sin. dec. 1. l. 4. p. 89. Discipulus adversa fronte Præceptori considet, sed in loco humiliori. Et hoc non modò observatur, dum illi dat operam, sed etiam deinceps, quoad vixerit. Semper illum nominat Præceptorem, semper se discipulum. Ac licet discipulus superiorem teneat aliquando gradum dignitatis quam Præceptor, hunc tamen eâdem ille veneratione, quâ ante, prosequitur.* Quæ Chinensium pietas omnem utiq; superat laudem:

ex quo tamen in illustre hoc omnis eruditionis emporium pedem primùm tuli, efficere summo conatus sum opere, ne ipsis esset propria. Nôsti, MAGNIFICE SCHNEIDERE, me Magistratui Academico debitam exhibuisse reverentiam: Nôsti, MAGNE CALOVI, Venerande Gamaliel, quanto cum desiderio discendi ad tuos consederim pedes: Nosti, NOBILISSIME VVALTHERE, quam sancta mihi fuerit amicitia tua & quàm arctè coaluerint animi nostri, ut ut me Tibi ingenii dotibus imparem agnoscam: Nosti, VENERABILIS OSTERMANNE, quàm devotè consilia tua, ceu singula oracula, veneratus sim: Nosti, CELEBERRIME SENNERTE, quod Patris te semper habuerim loco, & nihil pro virili meâ omiserim eorum, quæ Præceptori à discipulo præstari possunt: Nosti, EXCELLENTISSIME PRÆTORI, quantum fiduciæ in Tuo posuerim favore, & quàm gratâ mente agnoverim vigiles Tuas pro meâ salute excubias. Hac vice votorum meorum contigi apicem, si præsens libellus felix devotissimi mei affectus apud singulos fuerit index & Interpres. Certè non potuit mentem meam non collustrare

lustrare pietate insigni lux auspicatissimæ hujus diei, quâ ante sesquiseculum lætissima spes è tenebris Papisticis emergendi Christiano orbi affulsit, unde eam *Potentissimus & Serenissimus Dominus noster, Nutritiusq; clementissimus*, exemplo omnibus seculis laudando sacram esse σὺκ ἀθεεὶ voluit; quæque tanto festivior mihi accidit, quod olim mihi, faustissimo, ut spero, omine, ante hos viginti & septem annos vitam & lucem dedit. Suscipite proinde, RECTOR MAGNIFICE, PATRONI VENERANDI, hoc quicquid est, serenâ fronte, & favorem VESTRUM perpetuum mihi concedite. Deus O. M. VOS diutissimè bono publico sospites & superstites servet, id quod devotissimis exoptat votis

Witteb. è Museo A. O. R.
cIↃ IↃc LXVII. pridie Cal. Nov.

Magnifici & Nobilissimi
nominis Vestri

cultor devotissimus

M. Augustus Pfeiffer.

LECTORI BENEVOLO
SALUTEM & STUDIA.

SYNOPSEOS *Controversiarum Philologicarum* primam Tibi, LECTOR BENEVOLE, jam exhibemus partem. *Theoremata* controversiis præmissa nimis forte distracta discerptave dices. At facillimum cuivis erit suo quæque disponere ordine & reponere loco. Nobis non obtulerunt se simul & semel omnia. Desiderabit forsan & quispiam *Controversias Syntacticas*, quæ, quod litigiis minus expositæ essent, ad nostrum institutum parum conferre videbantur. Interea si primam hanc partem lectori non displicuisse resciverimus, pari alacritate nos accingegemus ad partem secundam *Lexicam & Onomasticam*, simili modo & methodo elaborandam: quo fine propediem cujusdam προοικονομίας gratiâ ξὺν ἀγαθῇ θεοῦ παλάμᾳ dabimus totius Philologiæ Sacræ *Ideam methodicam*. Cœterum sequentia hac vice [qualia forte plura] observavimus

ADDENDA ET EMENDANDA.

Disp. 1. Theor. 1. l. 1. *(vel si mavis: compositus)* Disp. ead. A. 4. a. l. 7. *omnia*. Disp. 2. C. 1. a. l. penult. *Crinesius Disc. de Confusione lingvarum*. Disp. ead. D. 3. b. l. 5. *Carmen Tognai cum notis Edw. Pokokius*. Disp. ead. E. 4. a. l. 28. lege *Dens*, *Mutus*, & confer Athanasii Kircheri Chinam illustratam p. m. 236. Disp. 3. F. 1. b. Grammaticis Ebræis addi possunt: *Franc. Stancarus*, *Erh. Schnepfius*, *Luc. Osiander*, *Georg. Silberschlag*, *Otho Gvalperius*, *Dav. Kyberus*, *Nic. Petræus*, *Casp. Ledebuhrius*, *Jac. Alting*. *Oliv. Bulæus Vinsobrius*, *Victorin Bythnerus Balth. Bokwitzius*, & si qui sunt alii. Disp. ead. F. 3. b. l. 29. lege: *l. 1. c. 41*. Disp. ead. G. 2. b. l. 16. post *tamen* adde: *ob certas causas*. Disp. ead. G. 4. b. l. 9. pro א & ס substitue ב & צ. Disp. ead. H. 2. a. l. 3. lege: *soluturi*. Disp. 4. I. 4. a. l. 10. lege: *Critico*. ib. b. l. 8. *neutrum*. K. 3. a. l. 13. *manifestum*. L. 3. b. l. 11. *Tetragrammaton*. Disp. de Poësi Th. 17. l. 9. *latere*. l. ult. *adducta*.

I. N. D. N. J. C.

SYNOPSEOS
SELECTIORUM E PHILOLOGIA SACRA QVÆSTIONUM
PARS PRIMA,
cujus
DISPUTATIONEM PROOEMIALEM PRIOREM
De
LINGVARUM SACRARUM ORIGINALIUM CONSTITUTIONE,
PRÆS. M. AUGUSTO Pfeiffern/Lawenb.
Saxone, Facult. Philoſ. Adjunct.
Publicæ συζητήσει ſiſtit
M. NICOLAUS POLEMANNUS, Lüneburgenſis
In Aud. Maj. ad d. 4. Jul. Hor. matut.

הקדמה:

NOn defore, qvi nos actum modò agere vel Iliada dicant poſt Homerum ſcribere, facilè præſagit animus. Benigniores tamen concedent illi conatibus noſtris cenſuras, ubi inſtituti noſtri rationem planè atqve penitùs perſpectam habuerint. Nec n. nos tot celebrium Virorum, qvorum in hoc genere immortali memoriâ digna extant monumenta, laudem affectamus, neqve ullius gloriolæ auram captamus, contenti etiam, ſi vel intra eos contineat ſe hæc noſtra ſcriptio cancellos, intra qvos nata eſt, ſed nec juſtum Philologiæ ſacræ corpus vel Syſtema paramus, qvale in *Ideâ Bibliothecæ Orientalis* delineavit Excellentiſſ. SENNERTUS, Inſignis Promotor & venerandus Hoſpes noſter, ad qvod patrandum opus nobis non ſatis eſſe vel ſcientiæ vel experientiæ lubentes fatemur. Occurrendum interim qvacunq; ratione putavimus iſtis multorum vocibus, qvi campum Philologiæ hujus nimis ſterilem eſſe nec ſatis uberem diſcurſus materiam acutis ingeniis ſuppeditare qveruntur, qvi in. ingredi eundem priùs in eoq; aliqvandiu decurrere debebant, qvàm præcox iſtud ferrent judicium; nos certiſſimi ſumus, inventuros eſſe, qvod agant. Sed & occupavit qvædam animum noſtrum confidentia, vel hoc etiam modo ad ſeriam ſacratioris literaturæ culturam plures allectum iri. Hinc illuſtriores Philologiæ ſacræ controverſias, ſi Deus gratio-

sam πρᾶστασιν animiq; & corporis vires diutiùs concesserit, ὡς ἐν τύπῳ καὶ συνόψει & velut in tabula exhibere apud animum nostrum constituimus, qvò cordatiores ex ungve leonem & è vestigiis elephantum deprehendant. Resecabimus v. planè hac vice à tractatione nostra minùs controversa, nisi qvod εὐμεθοδίας ut & cujusdam προθεωρίας s. προοικονομίας gratiâ Theoremata paucula præmittenda videantur. Sic jacta sit feliciter alea. Faxit JEHOVA, ut veritatem, qvam καδδύναμιν semper seqvemur, ubiq; feliciter asseqvamur!

THEOREMATA.

I. PHILOLOGIA SACRA est habitus animi mixtus tractans lingvas sacras originales aliaq; adminicula ad κρίσιν sacri Textus & σύγκρισιν versionum facientia.

II. Commodè, saltem ratione nostri instituti, dispesci videtur in 1. Grammaticam 2. Lexicam s. Onomasticam. 3. Criticam. 4. Historicam s. Antiqvariam.

III. In parte Gramaticâ *qvæstiones Technologicæ Grammatices cumprimis Ebrææ à nobis expediuntur.*

IV. In parte Lexicâ *tùm de optimâ ratione* λεξικογραφίας *sacræ disqviritur, tùm præcipuæ obscuriores difficilioresve sacri Textus voces exponuntur.*

V. In parte Critica *tùm disceptantur suo modo controversiæ circa Textum avthenticum, tùm* σύγκρισις *versionum cum Textu instituitur, tùm instrumenta Critices Judaicæ Masora & Kabbala expenduntur, tùm deniq; specialior* κρίσις *circa lingvæ præsertim Ebraicæ phrases & Idiotismos beneficio habituum instrumentalium instituitur.*

VI. In parte Historica *Antiqvitates Ebræorum ad sacri Textus* φράσεις & περιστάσεις *intimiùs pernoscendas perqvam utiles, nec non scripta* ψευδαγιόγραφα, *ut* Talmud, Alcoranus; *& qvædam alia recensentur. De singulis explanatiùs suo loco.*

VII. His omnibus commodè præmittitur Tractatio Procemialis *de* οἰκονομίᾳ *lingvarum tùm* originalium, *tùm* non originalium *qvatenus propter Originales discuntur.*

VIII. Lingvæ originales V. T. sunt Ebraica & Chaldaica, *N. T.* Græca.

QVÆSTIONES CONTROVERSÆ.

QV. I.

Unde lingva Ebræa dicatur?

RESP. Lingva prima ante γλωττοσύγχυσιν utpote *Catholica*, nullo nomine διακριτικῷ indigebat; postea a. vocata est & לשון עברים

sive

sive עברית *Ebraica*, & יהודית *Judaica*, & לשון הקדש *sancta*. Unde lingva unà cum gente primum illud nomen acceperit, non convenit inter omnes. (1) Ambrosius *in Phil. c. 3.* Ebræos qvasi *Abræos* ab Abrahamo dictos ex lingvæ imperitiâ censet, qvam sententiam qvoq; primùm foverat sed post retractat Augustinus *l. 2. Retract. c. 16.* Sed & magna est literarum discrepantia in originali lingvâ & seqveretur Abrahamum de seipso Abrahæum dici *Genes. 14. v. 13.* (2) Alii existimant Ebræorum Etymon immediate desumendum ab עָבַר s. à *Transitu* vel Abrahami in Cananæam tendentis trans Euphratem, uti sentiunt Theodoretus *in Gen. qv. 60.* Chrysostomus *in Gen. Hom. 35.* Ar. Montanus *in Canaan c. 9.* Scaliger *l. 3. Epist. f. 446.* Seldenus *de DIs Syris p 13.* Br. Waltonus *Prol. 3. n. 1. 2.* vel ipsorum Cananæorum trans Jordanem, ut putat Erpenius *Or. de ling. Ebr.* vel qvorundam Noachidarum trans Tigrim, ut ait F. Ludovicus S. Francisci *in Globo Can. c. 1.* Verùm, 1. cum עברי habeat ordinariam terminationem nominis gentilitii vel patronymici, à transitu Abraham potiùs עוֹבֵר vel עֲבָר *Transitor* vocatus esset. 2. Ut Abraham ab isto transitu Transitor rectè dicatur, posteri tn. ejus non transitores nec בני עבר, sed בני עברי *filii Transitoris* dicendi erant. 3. Non solus Abraham sed & Lotus cum ipso transiit; qvidni & hic Transitor ejusq; posteri, Ammonitæ & Moabitæ, Ebræi dicuntur? Et 4. levior nobis videtur transitoria illa actio, qvàm ut ab ea universus electus Dei populus denominetur. (3) Alii Ebræos primùm dictos censent à regione, qvæ עבר vel עבר הנהר *Trans Euphratæa* erat, προγόνοις eorum natalis. Ita Bechai, Ramban, Raschi, Paulus Burgensis *addit. secundâ ad Lyr. Matth 21.* Munsterus *Gramm. Chald.* J. Forsterus *Dict. Ebr. p. 565.* Georg. Amira *Præf. Gram Ch.* Sed 1. nondum ullus produci locus potuit, ubi regio עבר הנהר dicatur עבר simpliciter. 2. Utut producatur olim, Abrahamus qvidem â patriâ rectè diceretur עברי Transeuphratæus, sed qvi competat id nominis posteris ejus Ciseuphratæis? 3. Potius Transeuphratææ regionis perpetui in colæ עברים dicti fuissent. (4.) Nos proinde existimamus Ebræos Ebræamve lingvã nomen accepisse ab Ebero nepote Semi, qvi & Ebræam gentem condidit & Ebræam lingvam cum vero Dei cultu conservavit. Id probamus 1. Qvia terminatio י. ordinariè est gentilitia & patronymica, & nil obstat, qvominus & hic talis sit. 2. Ebræi expressè dicuntur בני עבר *Genes. 10. v. 21.* & cum Ellipsi עבר *Num. 24, 24.* Nobiscum sentiunt Augustinus *l. 16. de C. D. c. 11.* Steuchus, B. Lutherus, Gesnerus, Gerhardus, Pererius,

Mercerus, Rivetus aliiq; *in Gen. 14.* Junius *Orat. de L. Ebr.* Fullerus *Misc. p. 421. & c.* Nec obstat 1. LXX. עברי Gen. 14. transferre περάτην & Aquilam περαίτην. 2. עברי necessariò deduci à radice עבר *transiit.* 3. Si ab Ebero dicantur Ebræi, & alios ejus posteros ita dicendos fuisse. 4. Nec patere, cur ante Abrahamum nemo Ebræus dicatur. 5. Et potiùs Semæos vocandos fuisse. *Nos respondemus ad 1.* LXX. Interpretibus insolens adeò non esse propria pro appellativis & contrà vertere, unde nos hic sola eorũ authoritate stringi non posse. *Ad 2.* עברי deduci ab עבר *Transiit*, non immediatè, sed mediante nomine Eberi. *Ad 3.* Non esse hoc nomen purè & simpliciter patronymicum vel gentilitium, sed simul nomen professionis, fidei & dignitatis. *Ad 4.* Jam *Gen. 10.* in genere vocari בני עבר & specialiori hujusmodi determinationi talem non præstò fuisse occasionem. *Ad 5.* Qvidni & Noachæos? vel tandem Adamæos? id certum ab Ebero סגולה *s. peculio* Semi factam de nominationem, qvod lingva prima cum cultu divino ab ipso retenta & conservata sit, unde & ipse Semus Gen. 10. non dicitur אבי כל בני שם sed אבי כל בני עבר Conf. jam ulteriùs Barth. Mayerus *Phil. Sacr. P. 2 p. 255 seq.* D. Waltherus *Præf. Gramm. Ebr.* Dn. D. Calovius *Crit. sacr. p. 308.* Chr. Gerson *in Talmud c. 1.* Buxtorfius *Dissert. 3. §. 27. ad §. 48.* Chr. Cartvvrightus *Elect. in Gen. p. 92.* Sam. Bochartus *in Phaleg. l. 2. c. 14. p. 104. s.* Hottingerus *Thes. Phil. p. 4.* Thomas Hayne *de lingg. cognat. & harm. p. 7. seq.* Leusdenius *Phil. Ebr. Diss. 21.* Joach. Lud. Reimer *de Rep. Ebr. ab init.*

Qv. II.

Cur lingva Ebræa dicatur sancta?

Resp. Nec eadem hic suppeditatur ratio. (1) Sanctam dici, qvod ipse sanctissimus Deus eâ usus sit, volunt Abr. de Balmis *Gram. c. 1. ab init.* Marc. Anton. Marsilius *de fonte lustr. p. 187.* (2) Rambam *More Nev. P. 3. c. 8.* à verecundia & castitate styli causam accersit: cui Ramban opponit voces שגר & חוריות (qvasi istæ in se, & non potiùs ex opinione seqviorum Judæorum obscœnæ essent) tùm sic potiùs נקיות *puram*, qvàm קדושה *sanctam* dicendam fuisse censet. (3) Ipse Ramban autem *sect.* כי תשא rationis loco affert, qvod res sanctæ eâdem sint propositæ. Qvo sensu & Chaldaica atqve Græca rectè sanctæ dicerentur. (4) Ephodeus *c. 33.* sanctam dici mavult à populo sancto & terrâ sancta. Nos verò istas aliasq; rationes vel certè plerasqve optimè conjungi existimamus: nec displicet nobis omninò σχασμὸς Buxtorfii, cœpis-

cœpisse nomen illud Ἑλληνικόν, cum populus circa captivitatem Babylonicam alieno idiomati paulatim adsvescceret, cujus respectu Ebræam lingvam sacram dixerint, ut aliàs diem חול *communem sacro*, & siclum *communem sacro* opponunt; qvanqvam enim & Chaldaica lingva aliqvo respectu sancta dici posset, hîc tamen plures istius appellationis suppetebant causæ. Conf. Buxtorfius *Diss. 1. §. 60.* Is. Casaubonus *Ex. 9. ad Baron.* D. Bertramus *Præf. Gram.* Waltherus *l. c.* Leusdenius *Phil. Ebr. Dis. 21. p. 213. s.*

Qv. III.

An lingva Ebræa sit primigenia?

R. Præsupponimus hic meritò primam lingvam non intercidisse, id qvod sine ratione asserit Vir Cl. Hug. Grotius *ad c. 11. Gen & Not. ad l. 1. de V. R. C.* Deinde etiã parùm nos movet, qvod suã Phryges, suã, teste Mar. Victorio *Proœm. Gr. Æth.* Habessini s. Abyssini, suam Chinenses, suam Arabes qvidam, suam Czechi, & qvi non? in πρωτογονίας thronum collocare veliut ex inani jactantia, & qvia sua cuiq; pulchra Phyllis est. In speciem plausibilibus argumentis superbiunt, qvi Syro-Chaldææ πρωτοκλισίαν vindicare conantur. Sic Theodoretus, natione Syrus & Cyri in Syria Episcopus *qv. 12. in Gen.* & Syri Maronitæ montis Libani accolæ eosq; inter Georgius Amira *Præf. Gr. Syr.* pro dialecto Syriaca depugnant, eandemq; antiqvissimam idiomaticam s. usualem dicit Athan. Kircherus *Oedip. Ægypt. T. 2. Class. 2. p. 51.* Chaldaicæ dialecti causam agit Myricæus *Præf. Gramm. Chaldæo-Syr.* & pro eadem pronunciat F. Thomas Campanella *de sensu rerum l. 4. c. 2. Rationes* Myricæi & Amiræ huc redeunt 1. qvia gens Chaldaica antiqvior sit Ebræâ *Jerem. 5, 15.* 2. qvia Ebræi sint ἀπόγονοι χαλδαίων *Judit. 5, 5.* 3. qvod Eber & Abrahamus Chaldæi fuerint. Ille sc. Arphaxadi nepos, hic ex Ur Chaldæorum. 4. qvod Chaldaica lingva Ebræâ simplicior sit, 5. qvod ex ea commodè deduci qveant nomina hominum antediluvianorum. 6. qvod Christus secundus Adam Syriacè locutus sit. E. probabiliter & primus. *Sed Resp. ad 1.* Negando. Vox מעול antiqvitatem Chaldaicæ gentis evincit, non primævitatem. *Ad 2.* Qvanqvam non stringat nos liber Apocryphus, possent tamen Ebræi dici ἀπόγονοι eorum, qvi habitatione & incolatu, licet non lingva & cultu Chaldæi erant. *Ad 3.* Negando utrumq;. Nec ab Arphaxado avo Eberi, sed à נשר filio Naboris *Gen. 22, 22.* Chaldæi nomen & originem habent: nec sequitur: Abraham habitavit in Ur Chaldæorum E. Chaldæis parentibus ortus s. Chaldaicæ ori-

cæ originis est ; qvin Ur Chaldæorum per Historicam ἀναλῆψιν ibi dicitur. *Ad 4.* Negando & hoc. Nec omne simplex omni compositio prius est, sed tantum suo ; nec necessariò tempore, sed naturâ. Aliàs plantæ compositæ sunt & tamen fuerunt antè stellas. *Ad 5.* Qvædam fortè & materialiter, nec omnia nec formaliter. *Ad 6.* Negando consequentiam. Similia non sunt extendenda ultra tertium comparationis. Diceret alius : *Secundus Adam est crucifixus. E. & primus &c.* Porrò risum potiùs qvàm sudorem cordatis extorsit Vir aliàs non indoctus *Joh. Goropius Becanus*, dum lingvam Cimbricam sive Flandricam sive Belgicam sive antiqvam Germanicam pro antiqvissima venditavit & Protoplastos in Paradiso Hollandicè confabulatos esse sive seriò sive ludibrii causa asseruit, cujus paradoxam egit qvidam *Levinus Torrentius*, qvibus modestior *Adrianus Skriekius* Germanicæ secundum post Ebræam tribuit locum. *Rationes Becani* huc redeunt 1. qvod Belgica sit simplicior Ebræa. 2. qvod ex Belgica Ebrææ voces descendant. 3. qvod Belgica sit facilior & copiosior. Vid. ejus *Hermathena, Indoscythica, Hispanica, Hieroglyphica & Vertumnus* passim. Sed *Resp. ad 1.* Negando. Nulla lingva à vocibus compositis ita abhorret ac Ebraica. Interim ex numero syllabarum non censenda est lingvæ simplicitas, aliàs Chinaica meris ferè monosyllabicis vocibus constans omnibus palmam hic præriperet. *Ad 2.* & id negando. Sed Becanus vocē Adam exponens Haat-dam i.e. *agger odii*, Eva Ev-vat i.e. *vas seculi*, Abel Haat-Belg i.e. *odium belli*, Kain Qvat-Einde i.e. *malus finis*, Methusala Maakt u salig i.e. *salva te*, Sem Semt i.e. *decet*, Cham Qvat-amt i.e. *malus magistratus*, Noach Not-acht i.e. *curans necessitatem*, Nimrod Nimts-brod i.e. *raptor panis*, annon vel redivivum Catonem ad cachinnum invitaret ? *Ad 3.* inde nil seqvi. Si facillima lingva antiqvissima, Persica primæva erit, qvam experti pro facillima habent, utut hoc nomine comendet Turcicam Maderus *Orat. de l. Arab. p. 9.* qvi idem tamen Germanicam addit omnium difficillimam esse. Nec copia lingvæ Ebraicæ ex moderna inopia æstimanda, ubi incuriâ hominum & injuriâ temporum bonam vocum suarum partem amisit : & sic forte Arabica antiqvissima foret, qvæ olim aliqvot Synonymorum unius rei centurias numeravit probante Pokokio *Spec. Arab. p. 153.* Ebræam proinde lingvam primævam esse probamus 1. qvia ex illa sola explicari possunt omnia nomina hominibus ante cataclysmum universalem & γλωττοσυγχυτην imposita. e.g. אדם *Gen. 2, 7.* חוה *Gen. 3, 20.* קין *Gen. 4, 1.* שת *Gen. 4, 25.* נוח

Gen.

Gen.5,29. פלג *Gen.10,25.* איש & אשה *Gen.2,23.* 2.ex eadem desumta sunt nomina antiqvissima gentium, qvarum & exteri scriptores meminerunt: sic à גמר sunt *Cimmerii*, à יון *Jones*, à מדי *Medi*, à משך *Moschi*, ab אשור *Assyrii*, &c. 3. Sic & Deorum gentilium. Ita *Japetus* à יפת nomen habet, *Vulcanus* à תובל קין, &c. *Nec obstat* 1. Talia nomina etiam ex aliis lingvis deduci posse. 2. Mosen fortean nomina primæ lingvæ ἀνωνύμου in Ebraicam transtulisse. *Nam* R. *ad* 1. nec omnia posse, nec tàm benè. Ad 2. id falsum esse vel inde patet, qvod retineat voces Syriacas יגר סהדותא, Ægyptiacas צפנת פענח / פוטיפר / פרעה & alii Scriptores sacri Persicas / כורש / אחשורוש / דריוש / אסתר Arabicas כיון &c. Conf. jam Theod. Bibliander *de comm, rat. ling. pag. 36. s.* Gv. Postellus *de Origg.* Buxtorfius *Diss. 1.* Mayerus *Phil. P. 2.* Waserus *in Mithrid. Gesneri p. 113. seq.* Dn. D. Waltherus *Præf. Gr. Ebr.* Dn. D. Calovius *Crit. Sacr. p. 310.* Dn. Sennertus *Diss de ling. Ebr. & c. p. 14.* Crinesius בבל *c. 1.* Bochartus *Phaleg. l. 1. c. 15. p. 57.* Just. Lipsius *Cent. 3. Ep. 44.* Bernh. Aldretus *de Antiqv. Hisp. l. 1. c 34.* Thom. Hayne *de cogn. & Harm. ling. p. 20 s.* Br. Waltonus *Prol. 3. n. 3. ad 13.* Bezoldus *de natura pop. c. 12.* Leusdenius *Phil. Ebr. Diss. 17.* Marsilius *p. 15. & c.* Ang. Roccha à Cam. *Bibl. Vat. p. 80. 86.*

Qv. IV.

An lingva Ebraica homini sit naturalis.

Resp. Lingvam qvandam homini naturâ insitam & connatam esse, ita, ut in illam proclivis sit & nullo monente penetrare possit, qvorundam fuit persvasio. Nota est historia Regis *Psammetichi*, de qvo Herodotus *Euterp. s. l. 2.* tradit, qvod exploraturus, Ægyptiane an Phrygia lingva antiqvior esset, duos infantes ab hominum consortio secluserit, qvi cum bimuli identidem clamarent *BecBec*, qva voce Phryges panem exprimunt, hi lingvam suam primam & naturalem esse crediderunt. Sic de rege terræ Magor refert ex Jesuitarum Epistolis Bezoldus *l. c. p. 57.* qvod, seclusis triginta infantibus, constituerit illius nationis religionem amplecti, cujus lingvam illi proferrent; qvi cum nullam distinctè proferrent lingvam, nullam Rex ille religionem amplexus esse dicitur. Ebræorum Magistri aliàs disputant contra illos, qvi Ebræam lingvam, ut primam, homini naturaliter implantatam esse dicant: & Psammetichi puerulos, si qvid distinctè protulissent tandem, Ebraicè locuturos fuisse censet Ang. Roccha à Cam. *Bibl. Vatic. p. 107.* Nos licet sciamus facultatem loqvendi homini naturalem esse, eam tn. indeterminatam dicimus ad hanc vel aliam lingvam: nam 1. si

Ebrai-

Ebraica vel ulla alia lingva homini naturalis esset, omnes homines bilingves forent, gnari naturalis suæ & acqvisitæ lingvæ, vel saltem omnes homines majorem ad Ebraicam, qvàm ad ullam aliam lingvam haberent inclinationem. 2. experimur à nativitate surdos etiam mutos evadere, utut salvis loqvendi organis, tantum qvia nullos audiunt loqventes. *Nec obstat 1.* Protoplastos à nemine monitos omnia promtè appellâsse. 2. ante diluvium hanc unam lingvam omnibus maternam & connatam fuisse. E. & nunc. 3. omnes homines habere rationem orationis directricem, facultatem & organa loqvendi. E. aliqvam ipsis lingvam esse naturalem. *Resp. ad 1.* Protoplastis lingvam Ebræam à Deo infusam: & Adamum pro eâ, qva tùm pollebat scientia, excellentissimum ὀνοματόθετην fuisse; sed ab isto statu ad præsentem N. V. C. *Ad 2.* negando, antediluvianis Ebræam lingvam connatam fuisse erat enim iis una illa non minùs addiscenda, ac nobis hodie plures. *Ad 3.* facultatem loqvendi indifferentem ad qvamcunq; lingvam esse. Sed conf. hic Buxtorfius *Diss. 1. §. 9. seqq.* Bart. Mayerus. *Phil. S. P. 2. p. 326. s.* Besoldus *de natura pop. p. 56. s.* Br. Waltonus. *Proleg. 1. n. 3.* Ang. Rocchà à Camerino *Bibl. Vatic. p 105. seq.* Franc. Vallesius *Sac. Philos. c 3.* Leusdenius *Phil. Ebr. Dis. 21. p. 162. s.* D. Waltherus *l. c.*

Qv. V.

An lingva Ebræa conservata sit in familia Eberi?

Resp. Lingvam Ebræam post γλωττοσύγχυσιν vel solùm vel simul conservatam esse & mansisse vernaculam apud Chananæos, multorum non defece vulgi Virorum assertio est. Ita Gilb. Genebrardus *Chron. l. 1. p. 33.* Jos. Scaliger *Lib 3. Ep. 242. ad Thomsonum & l. 4. ep. 362. ad Ubertum.* Th. Erpenius *Or. de lingv. Ebr.* J. C. Myricæus *Præf. Gram.* C. Corn. Bertramus *Præf. Gr. C. Sam.* Bochartus *Canaan l. 2. c. 1. p. 779.* Br. Waltonus *Proleg. 3. n. 13.* qvi testes pro se etiam citat *Gv. Postellum, Hug. Grotium, J. Seldenum, Lud. Cappellum, Vossium & Brerewoodum.* Nos autem movent *rationes* qvædam, ut ab his omnibus modestè dissentiamus & asseramus, lingvam primam in familia Eberi & non à Cananæis conservatam esse 1. qvia Noachus Præco Justitiæ, pius Semus, ejusqve סגולה Eberus nec in impium istud factum turbæ Nimrodicæ consenserunt neq; illi interfuerunt, hinc dubio procul à pœna qvoq; immunes; contra qvia Cananæi turbæ Chamiticæ fortean primipili interfuerunt πυργοποιήσει, & pœnæ s. γλωττοσυγχύσεως participes facti sunt. 2. Eberus circa tempus confusionis emphaticum nomen Ebraicum

cum פלג filio suo imposuit *Genes. 10. v. 25.* 3. Ab Ebero denominantur בני עבר *Gen. 10, 21.* & lingva Ebræa, ut diximus, nomen ab eo accepit. 4. Nec verisimile Deum in tàm impia gente Cananitica, à cujus consortio tàm graviter populum suum dehortatur *Devt. 7. v. 2. s.* lingvam sanctam conservare voluisse. *Nec obstat. 1.* Lingvã Ebræam dici Cananæam *Es. 19. v. 18. 2.* Multa nomina propria Cananæorum tum virorum / אבימלך / קריית ספר קריית ארבע / יריחו tùm locorum / רחב / ארני בזק / שכם purè Ebraica esse & tamen à Cananæis indita. 3. Exploratores Ebræos Cananæis sine interprete intellectos esse. 4. Lingvam Punicam, qvæ eadem cum Cananæâ, proximè ad Ebraicam accedere. 5. Deum sic gratificatum videri Patriarchis post in Cananæa peregrinaturis. *Sed Resp. ad 1.* dici לשון כנען non qvod genti Cananææ post lingvarum confusionem vernacula fuerit, sed qvod in terra Cananæa, cum ea ab Ebræis occupata esset, usitata. Ita Lyr. & Sanctius *h. l. p. 199. Ad 2.* Nomina pleraq; locorum non à Cananæis sed à succedentibus Ebræis imposita esse, qvædam convenire ex ipsa lingvæ Cananææ & Ebraicæ συγγενεία & γειτνιάσι. Si qvis & addere velit, fixisse ex posteris Eberi degeneres qvosdã vel alios qvoq; sedem in Cananæa & ad regiũ fastigium pervenisse, nos difficiles non habebit, cum de Cananæis stemate & origine, non incolatu solo talibus sermo sit nobis. *Ad 3.* procul dubio exploratores Cananæi Idiomatis gnaros fuisse. Qvalis esset consequentia: Laban & Jacob sine interprete collocuti sunt E. eandem habuerunt vernaculam lingvam? contrarium patet ex *Gen 31, 47.* Sic: Pharao & Abraham sine interprete collocuti: nec enim illius mentio est *Gen. 12, 18.* E. eadem lingva Ægyptia & Ebræa? Præsupponendum, alterutrum alterius lingvam calluisse. *Ad 4.* Punicam tamen cum Ebræa eandem non esse, cujus rei vel solus *Augustinus*, qvi inter Pœnos episcopalem sedem habuit, satis luculentus testis est, dum, ut Punicè sciret, tamen ait *Ebraicè loqventem frustrà pulsare aures suas. Ad 5.* ita videri tantùm. Aliàs N. V. C. Et Ægyptiis commendásset Deus lingvam Ebraicam, qvibus Patriarcharum posteri per aliqvot annorum centurias serviebant, & Babyloniis, à qvibus captivi tenebantur. Conf ulterius Fullerus *Misc. l. 4 c. 4.* Bart. Mayerus *Phil. sacr. P. 1 p. 21. s. & P. 2. p. 335. s.* Buxtorfius *Diss 3 qv. 1.* Leusdenius *Phil. Ebr. p. 194.* Aldretus *Antiqv. Hist. l. 1. c. 34.*

Qvamdiu Ebræa lingva Judæis manserit vernacula?

Resp. Retinuerunt sanè Judæi lingvam Ebraicam & ante per totum tempus servitutis Ægyptiacæ. Hinc laudãt Rabbini majores suos, qvod tria nõ mutârint in Ægypto שמותם ולשונם מלבושם *Nomina sua, vestimenta sua & lingvam suam.* Cautam ejus rei præter Dei providentiam *D. de Grentemesnil*, citante Bocharto *Phaleg. p. 59.* tradit, qvod in Ægypto Israëlitæ confertim habitantes à contagio tutiores fuerint, cui Bochartus addit istam, qvod in Ægyptiam, ab Ebræâ qvippe remotiorem, tàm facilis non fuerit lapsus. Nec obstat, Israëlitas *Exod. 16. 31.* usos esse voce מן, qvam Ægyptiam esse testatur Haskuni & Cl. Edm. Castellus *in Pent. Sam. h. l.* scribit Chaldæis, Syris, Æthiopibus, Malaicis & Coptitis valere, *Qvid.* Nam utut Ebræos unam atqve alteram voculam assumsisse, præfractiùs non negemus, talem tamen non admittimus μιξοβαρβαρίαν, ubi unum pronomen sit Ægyptium, alterum Ebraicum. Certè interrogativũ rei Chaldæis est מאן, Syris מאן *mo*, vel מנאן *mono*, Æthiopibus מנתן *mynth*, Coptitis φαι: מן autem vox Ebræa esse videtur à מנתן ut אב est ex אבה, qva de re alibi. Inde mansit familiaris lingvæ Ebraicæ inter Judæos usus, consensu omnium, usqve ad captivitatem Babylonicam, id qvod colligitur ex *2. Reg. 18, 26. Dan. 1. 4. &c.* Num v. durante captivitate eandem retinuerint & reduces secum è Babylonia assertarint, de eo sub judice lis est. Vulgus in captivitate dedidicisse lingvam suam patriam, censent Bellarm. *l. 2. de V. D. c. 15.* Sixtus Senensis *Bibl. Sanct. l. 4, p. 393. b.* Bernh. Aldretus *de Orig. I. Hisp. l. 1. c. 22. p. 138. & de antiqv. Hisp. l. 1. c. 19. p. 87 s.* Hottingerus *Thes. Phil. L. 1. c. 3. p. 282.* Walton. *Prol. 3.* Bochartus *Phaleg. l. 1.* & Cl. Buxtorfius *Diss. 3. p. 156. & 157.* negat post captiv. Babylonicam Judæis lingvam Ebræam familiarẽ fuisse. Nos licet pro omnibus de fece vulgi nil certi pronunciemus, plerisq; tn. & præcipuis civibus è captivitate reducibus aliqvandiu Ebræã lingvã vernaculam fuisse, (utut ex diuturnâ conversatione etiam Chaldaicæ sibi dudum acqvisivissent facultatem) probamus 1. qvia Daniel, Esdras, Nehemias, Haggæus, Zacharias, Malachias post captivitatem Babylonicam suas conciones, prophetias & historias vel ex toto vel ex parte Ebraicè conscripserunt: ignota a. eos lingvâ uti voluisse ad Ecclesiam, non putamus. 2. Esdras legem in lingva originali populo audienti & intelligenti prælegit *Neh. 8, 3.* qvæ lectio etiam vehementia πάθη in auditorum animis excitavit *v. 9.* 3. Nehemiæ

hemiæ novum & insolens videtur, qvod qvidam ex peregrinarum matrum consortio loqverentur Asdodicè, undè etiam vehementi zelo accenditur *c 13,23* patet ergò reliqvos patriam suam lingvam adhuc tenuisse. *Nec obstat* locus *Neh 8,8.* nam *dist.* inter תרגום & פירוש, s. inter παράφρασιν & ἐξήγησιν. Sed conf. Mayerus *P.S.P.2.c.2.* B. Jac. Martini *Disp.13. de version. SSæth.62.s.* D.D. Calovius *Crit.S.p.313.* Ab excessu Prophetarum prævaluit tandem Chaldaica matremq; expulit & deniqve post Alexandri M. tempora in Chaldæo-Syram degeneravit. Dudum ergò desierat vernacula esse circa tempora Salvatoris & Apostolorum, *id qvod evincunt 1.* Chaldæo-Syræ voces in N.T. ex lingva tùm vernaculâ desumtæ. 2. Paraphrases Chaldaicæ in usum plebis scriptæ: unde non concedimus in sententiâ Cl. Helvici, qvi *de Paraphr. Chald. p.3.* censet plebem Judaicam Ebraicè scivisse tempore Christi, qvæ & forte mens Lyrani aliorumve fuit. *Nec obstat 1.* Mosen singulis sabbatis in Synagogis legi solitum *Act.15,21.* 2. Christum *Luc. 4,17.* Esaiam Ebraicè citâsse. 3. Titulum crucis, scriptum fuisse ἑβραϊστὶ & Paulum usum τῇ ἑβραϊδι διαλέκτῳ *Act. 21. & 22. Resp. ad 1.* Lectum esse cum paraphrasi Chaldaica (v. Elias *Præf. Meturg.* Walton. *Prol.12.*) qvanqvam & hodiè Moses in Synagogis Judæorũ Ebraicè legatur, cum tn. Ebraica lingva illis vernacula ampliùs non sit. *Ad 2.* explicâsse Christum Esaiam lingvâ populo intelligibili, si maximè Textum Ebraicè prælegisset; cum tamen Schickardus *Bech. Happ. Disput.1.21.* & Leusdenius *Phil. Mixt. p.35.* eum Targum legisse contendant, qvorum qvidem sententiam nostram non facimus. *Ad 3.* intelligi lingvam Chaldæo-Syram, qvæ Ebraica dicitur, qvia illius temporis Ebræis in usu erat. Conf. Mayerus *P. 2. p.78.* Deniq; ex qvo Judæi per mundi climata dispersi sunt, cujusqve loci lingvam לפי מקומות גלותם ubi exules degunt, assumunt: Unde iis hodie lingva Ebræa non magis est vernacula qvàm nobis, qvanqvam Magistri eorum eam studiosè discant & vulgus voculas qvasdam sermoni suo inspergat. Conf. Buxtorfius *Pater Syn. Jud. c.3. p.109. & App Thes. Gramm p.669.* Filius *Diss.3. p.158.* Aldretus *de orig.1. Hisp. p.318. s.* Gerson *Talmud. p.228.* & de 4. lingvæ Ebrææ *ætatibus* accuratè egit Excell. Dn. Sennertus *Diss. cit. ab init.*

Qv. VII.

An lingvæ Ebraicæ usus in altera vita futurus sit?

Resp. Curiosa qvæstio, nec nostri propriè fori. Qvia tamen à curiosis ingeniis movetur ejusqve ab aliis Philologis etiam non una fit

mentio, non putamus nos morosiùs exágitandos, si, suspensa ἐποχὴ nostra, aliorum conjecturas recenseamus, liberum cuivis assensum relinqventes. (1) Pro usu itaqve æterno lingvæ Ebrææ in altera vita pugnant Petrus Galatinus *de A.C.V. l.12 c.4.* Remigius *ad 1.Cor.13.* Haymo *ad Es.19.18.* Vigverius *Instit.c 9* Genebrardus *Chron p 32.* Fr.Georg. Venetus *Harmon.mundi Cant 3.T.7.c 2.* Leusdenius *Phil.Ebr.p 202.* & eandem Ebræis in genere adscribit sententiam Ang. Roccha à Camerino *Bibl. Vat. p. 80. Rationes* eorum huc redeunt 1. qvod ea sit labium electum, cujus meminit Sophonias *c.3,8.* 2. qvod Protoplastis in statu innocentiæ in usu fuerit, reliqvæ verò lingvæ in pœnam peccati datæ. 3. qvod fuerit prima. E. & ultima. 4. qvod sancti in cœlo cantaturi dicantur *Amen, Alleluja*, qvæ voces Ebraicæ sunt *Apoc.19, 4.* 5. qvod verbum Dei hac lingvâ exhibitum nunqvam sit interiturum. (2) Ebraicæ proculdubio substitueret in usum beatorum cœlitum *Hollandicam* suam *J.G. Becanus*, de qvo plura dicere nil attinet. (3) Alii censent locuturos beatos qvâcunq; lingva lubuerit, cum omnes omnium notitiam habituri sint. Ita Salmeron *Com. in 1. Cor.13, 8. p. 171.* & Philipp. Nicolai *de vita æternal. 5. p.1081.* præcipuè moti loco *Phil.2, 11.* (4) Alii existimant infusum iri illis lingvam angelicam nostris omnibus longè excellentiorem. Ita C.à Lapide *ad 1. Cor. 13. p.329.* Joh. d' Espeires *de Textu Ebr. Disp. 1. qv 5.* Bochartus *Rhaleg. p.59.* Br. Waltonus *Prol. 3. n. 25.* & B.D Brochmandus *System. Theol. L. de V.Æ. cas. 4.* Rationes eorum sunt istæ. 1. qvod cessaturæ sint lingvæ, sc. hîc usitatæ *1.Cor.13.8.* 2. qvod Paulus audiverit ἄῤῥητα ῥήματα *1. Cor.12,4.* 3. qvod Paulus disertè meminerit lingvæ angelicæ *1. Cor.13,1.* 4. qvod per labium electum *Soph. 3.8.* inferatur lingva peculiaris. 5. qvod futuri simus ἰσάγγελοι. Nos denuò hic nostrum suspendimus judicium, donec veritatem rei in altera vitâ felicissimo experimento discamus. Conf. D. Gerhardus *L. de V.Æ. §.146.* & Buxtorfius *Diss. 3. qv. 6.*

Qv. VIII.

Unde lingva Chaldaica dicatur?

Resp. Elias Levita *Præf Masor. hamm* septem recenset lingvæ Chaldaicæ nomina, qvæ etiam refert Schindlerus *Lex Pentagl. p.1695.* qvod sc. dicatur לשון כשדים *Casdaica*, ארמי *Aramæa*, בבלי *Babylonica*, אשורי *Assyriaca*, כלראי *Chaldaica*, טורסאי *Tursaica*, תרגום *Targumica.* Nos præcipuè jam solliciti sumus de Etymo כשדים unde dia-

de dialectus Babylonica dicitur Chaldaica, S in L, ut vocum in alias lingvas transsumtarum fata sunt, mutato ἀπὸ τύχης vel ad leniendam pronunciationem. (1) Ex Ebræis quidam כַּשְׂדִּים dictos volunt qvasi כְּשֵׁדִים *sicut damonia*, qvod opera sua fecerint מכח שדים *ope dæmonum*. (2) Josephus *Antiqv. l. 1. c. 7.* Hieronymus *T. 3. qvæst. in Gen.* Abarbenel *in Pent. f. 49. 3.* & Fr. Junius *ad Gen. 10.* nomen כשדים derivant ab ארפכשד *Arphaxado*, ut inde dicantur per Aphæresin כשדים pro ארפכשדים. Sed coactior hæc originatio est. (3) Commodius כשדים deducuntur à כשד *Gen. 22, 22.* 1. ob analogiam Grammaticam, juxta qvam כשדים optimè à כשד derivantur. 2. ob ἱστορίαν historicam. Nam Kelchedi frater erat Kemuel, qui אבי ארם LXX. πατὴρ συρῶν. B. Luther. von dem die Syrer kommen. Nahori Patri Keschedi ex Rehuma concubina susceptus erat *Maacha*, à qvo procul dubio nomen habet *Aram* sive *Syria Maacha*, cujus mentio fit *2. Sam. 10. v. 6. 8.* Et ut Aram atqve Kesed tanqvinis, ita lingva Chaldæa & Aramæa sive Syra propinqvitatis arctissimo vinculo conjunctæ sunt, unde & illa *Aramæa* dicitur. Conf. Mayerus *Phil. S. P. 2. p. 335.* Buxtorfius *Diss. 3 p. 131.* Bertramus *Præf. Gramm. Ebræo-Aram.* Waltonus *Proleg. 12. num. 1.*

Qv. IX.

An lingva Chaldaica sit dialectus Ebraicæ?

Resp. Chaldaicam lingvam ab Ebraica ad modum dialecti tantùm differre, post Fullerum aliosve, Cl. Christ. Ravius *Disputat. de Dudaim pag. 29. & 47. & Delin. Orthogr. & Anal. Ebr.* asserit additqve Ebraicam, Chaldaicam, Syram, Samaritanam, Arabicam & Æthiopicam, qvæ vulgò pro diversis malè habeantur, unam lingvam sacram Orientalem esse, & diversas modò dialectos arctiùs cognatas, qvàm Græcam communem, Jonicam, Atticam, Æolicam, Doricam. Contrà probant Hottingerus *Lex Harm. Diss. Proœm.* & Br. Waltonus *Prol. 12. n. 1. s.* diversas lingvas esse verum Fundamentalem lingvæ Ebraicæ & Chaldaicæ dari consensum & hoc modo hanc illius dialectum dici optimè posse, non negamus. Qvatenus tamen dialectus (Plutarcho ἰδίωμα γλώσσης) qvandoqs; strictissimè definitur, qvod sit *modus loqvendi diversarum provinciarum ejusdem populi eâdem lingva utentis & per eam se intelligentis*, negandum videtur qvæ tum. Nam 1. per lingvam Ebræam & Chaldaicam discreti fuerunt diversi populi; 2. Ebræi &

Chaldæi non intellexerunt se invicem, ut patet ex 2. *Reg.* 18. v. 26. 27. & *Dan.* 1. v. 4. & Hieronymus *Præf. in Danielem* ait: *Qvi mihi videbar seculus inter Ebræos, cœpi rursus esse discipulus Chaldaicus, & ut verum fatear, usq; in præsentem diem magis possum Chaldæum sermonem legere & intelligere, qvàm sonare.* Jam homines unius lingvæ, & diversæ dialecti se mutuò intelligunt; uti Athenienses, Jones, Dores, Æoles; sic Misnici, Helvetii, Saxones, &c. 3. In dialectis talibus vocum & formationis diversitas convenientiæ collata non est sensibilis. Sic non scribitur peculiaris Grammatica Dorica, vel Jonica, vel Attica, &c. Sed præcipua differentiæ capita *communi* insperguntur. Qvin & ipsæ Dialecti istæ ab authoribus Græcis maximè Poëtis sæpè miscentur. Ita & ab ipsis authoribus N. T. ut ostenderunt Casp. Wysius in *Dialectologia sacra*, & Pasor *in Idea dial. N. T.*

Qv. X.

An lingva Arabica sit originalis Jobi?

Resp. Hieronymus *Præf. in Job.* scribens: *Hæc translatio nullum de veteribus seqvitur interpretem, sed ex ipso Ebraico, Arabicoq; sermone & interdum Syro, nunc verba, nunc sensus, nunc simul utrumq; resonabit:* suspicionem qvibusdam fecit, ac si in originali Jobi contextu qvædam extarent Arabica, à qva opinione sola Jobi inspectio & lectio qvemvis facilè revocare potuisset. Gregorius Magnus autem *l. 20. Moral. c. 25.* existimat Jobum librum suum scripsisse Arabicè, eundemq; à Mosè Ebraicè translatum esse, qvam sententiam Cl. Hottingerus *Thes. Phil. l. 2. c. 1. §. 3. p. 505. ed. pr.* defendendam suscepit. Nos licet nolimus contradicere præfractiùs B. Gerhardo *Exeg. L. de SS.* §. 137. asserenti Jobum lingva Arabica historiam suam utcunqve annotâsse & prima illius libri rudimenta tradidisse, Mosen verò librum, ut hodie est, Ebraico idiomate elaborâsse: Jobi tamen librum hodie extantem primitùs Arabicè conscriptum & post in Ebraicam lingvam translatum esse ægerrimè concedimus, cumprimis qvod periculosa nobis videatur assertio, carere nos textu originali scripti cujusdam canonici. *Nec obstat 1.* qvod Jobus fuerit Arabs & inde à Bibliandro *Theologus Arabum* dicatur. 2. qvod crebri sint in Jobo Chaldaismi, Syriasmi & Arabismi. *Nam Resp. ad 1.* de eo adhuc sub judice litem esse LXX. dicunt habitâsse eum *in terrâ Ausitide, in finibus Idumææ & Arabiæ*; & vulgatissima est opinio, fuisse cum & Idumæum & Idumææ Regem, eundem cum Jobab.

Jobab. Ita Augustinus *de C. D. l. 18. c. 47.* Theodoretus *Qv. 92. in Gen.* Chrysostomus, Ambrosius, Gregorius &c. B. Lutherus *ad Gen 36.* Tostatus *ad Gen. 22.* Pererius *Gen 36.* Pineda *in Job.* Waltherus *Offic. Bibl. p. 975.* & alii. Tum temporis autem lingvam Idumæorum Arabicam fuisse, qvis dicat? sed esto: vixerit non modò in Arabia sed & Arabs ipse fuerit, nil repugnat, qvin Ebraicè scripserit Jobus, (si tamen ipse libri author est,) ut nos in media Germania Latinè scribimus. *Ad 2.* tùm τὸ βλαῦον sic seqvi & Chaldaicè Syriacèqve scriptum primitùs esse, ut LXX. & Origenes *l. 1. in Job* tradunt; tùm, voces in Ebraismo rariùs vel semel occurrentes non inferre totidem Arabismos, sic enim plures forte V. Test. libri originaliter Arabicè scripti essent; & licet in sparsi sint Arabismi, dicimus inde nondum seqvi, qvod primitùs Arabicè conscriptus sit: qværunt multi in N. Test. Ebraismos, nec tamen concedunt esse id originaliter Ebraicè consignatum: sic ex Plauto à *Dousa* aliisq; Ebraismi (qvi tamen rectiùs *Pœnismi* dicerentur) producti sunt, nec tamen Plautus primitùs Ebraicè scripsit. Conf. interim Sixt. Senensis *l. 1. Bibl. 5.* Pineda *Comm. in Job.* D. Gerhardus *l. c.* D. Waltherus *Off. Bibl. p. 977.* D. Calovius *Crit. S. p. 312. & 321*

Qv. XI.

An lingva Originalis Matthæi sit Ebraica?

Resp. Ut nihil jam dicamus de *Widmenstadio & Gvid. Fabritio Boder.* qvi Syriacum Matthæi Textum originalem censent, eorum modò sententiam expendemus, qvi Evangelium Matthæi ut & Epistolam ad Ebræos Ebraicè primitus scripta esse contendunt. Ita Bellarminus *l. 2. de V. D. c. 7.* Baronius *Annal. an. 34.* Maldonatus *in c. 5. Matth.* Munsterus *Præf. in Ev. Matth. &c.* Sed hæc sententia se nobis non admodum probat 1. qvia tutissimè asseritur, extare omnes libros Canonicos in lingva Originali. 2. Tempore Matthæi atqve Pauli lingva Ebraica nullibi terrarum ampliùs in usu erat vulgari: Græca contrà vulgatissima. 3. Utrinqve Ebraica qvædam Græcè transferuntur, ut *Matt. c. 1. v. 23. & c. 27. v. 46.* in ep. ad Ebr. *Melchisedec & Salem*, qvæ versio ex originali Ebræo esse neqvit, nec ratio in promtu est, cur Matthæus vel ejus interpres Ebraica illa retinuerit & alia non item. *Nec obstant 1.* Testimonia Patrum *Hieronymi, Origenis, Chrysostomi, Augustini, Irenæi, Athanasii, Eusebii, Nazianzeni, Nicephori.* 2. Episagmata vel clau-

clausulæ versionis Syr. Nov. Test. 3. Editiones istius Evangelii à *Seb. Münstero*, (qvi & Epist. ad Ebræos Ebraicè edidit) *Joh. Tilio Qvinqvarboreo*, & *Mercero* adornatæ. 4. Ebræis Ebraicè scribendum fuisse. *Nam Resp. 1.* nec Patres allegare ἀυτωψίαν, sed aliorum relationem satis diversam, nec Evangelium illud Nazaræum satis Ebræum, imò à Catholicis Apocryphis accensitum esse. *Ad 2.* non esse illa ejusdem antiqvitatis & authoritatis cum versione Syriaca. *Ad 3.* Ea Evangelii Ebraici exemplaria nec hominis Ebræi nec Matthæi esse. Id satis arguunt Barbarismi & solæcismi. In editione *Munsteri* observavimus contra genium lingvæ He Emphaticum & statui constructo & nomini cum affixô junctο præponi *c. 1. v. 1. c. 6. v. 22. c. 13. v. 27. 36. c. 16. v. 9. c. 20. v. 18. 23. c. 24. v. 3. 36. c. 26. v. 57. 58. 64. 81. c. 28. v. 19.* particulam negandi אין Præteritis & Futuris præmitti, cujus rei exempla singulæ suppeditant paginæ: non rectè adhibitam particulam interrogandi *c. 7. v. 10.* nomina fœminina juncta verbis masculinis ut *c. 7. v. 25.* pluraqve peregrina & barbara vocabula. In Editione *Merceri* eandem constructionem particulæ אין observavit de Dieu. In editione *Tilii* ista observat Chamierus ותולדת ישו המשיח כן היה pro ויפלו את ארץ : ודבר תולדת ישו המשיח כן היה pro ארצה; לכל שהם בבית / אתם pro לכלם אשר בבית Similis vanitas eorum est, qvi Marcum primitùs Latinè scripsisse contendunt. Sed conf. de Matthæo D. Gerhardus *Exeg. L. de SS. §. 243.* D. Waltherus *Offic. Bibl. p. 66. seq.* D. Calovius *Crit. S. p. 439 s.* Hottingerus *Th. Phil. p. m. 513.* Chamierus *Panstr. T. 1. l. 12. c. 1. §. 4. 5.* Fr. Gomarus *Diss. de Evang. Matth. Ebr.* Casaubonus *Ex. 15. c. 12 & Ex. 16 c. 15.* J. Mercerus *ad Pagn. rad.* אין Lud. de Dieu *Anim. in Matth. p. 501 529.* Dilherrus *Elect. l. 1. c. 9. p. 57.*

תושלבע :

I. N. D. N. J. C.

SYNOPSEOS,

SELECTIORUM E PHILOLOGIA SACRA QVÆSTIONUM

PARS PRIMA,

cujus

DISPUTATIONEM PROOEMIALEM POSTERIOREM

De

LINGVARUM ORIENTALIUM NON ORIGINALIUM CONSTITUTIONE ET USU.

PRÆS. M. AUGUSTO Pfeiffern/Lawenb.

Saxone, Facult. Philos. Adjunct.

Publicæ συζητήσει sistit

HERMANNUS ZIMMERMANNUS, Lüneburgensis.

In Aud. Maj. ad d. Aug. Hor. matut.

הקדמה:

DUm illustriores controversias circa lingvarum originalium θεωρίαν superiori dissertatione discussimus, revera tantùm exhibuimus qvoddam exuberrimâ messe spicilegium. Volumus qvippe hac vice φιλογλωττίοις salivam movere, non svavissimis hisce epulis animum exaturare penitus. Nec etiam ut verum fateamur, is nobis præsto jam apparatus est, sed proferimus ὡς οἷόν τε πάρεχα. Proinde ad cæterarum qvoq; lingvarum orientalium non originalium qvidem, his tamen suo modo succenturiantium, contemplationem promovemus pedem. Disqviremus nimirum de usu singularum, & qvæ fortean alia in controversiam potissimùm veniunt, expediemus. Plura autem de harum aliarumve lingvarum naturâ & usu suppeditabunt *Gvilielmus Postellus* de Originibus, & de omnium lingvarum, qvibus ad hunc usq; diem mundus est usus, origine, notis & consistentia, *Theod. Bibliander* de communi ratione omnium lingvarum & lit. *Theseus Ambrosius* Introductione in lingvam Chaldaicam, Syriacam Armenicam, & decem alias lingvas, *Claud. Duretus* de lingvis Universi, *Angelus Rocchа à Camerino* Bibliothecâ Vaticanâ, *Conr. Gesneri* Mithridates cum notis *Waseri*, *Hottingerus* in Smegmate orientali, *Brianus Waltonus* Diss. de lingvis orientalibus, *Christoph. Bezoldus* de naturâ

turâ populorum & lingvarum ortu & immutatione, *Thomas Hayne* de lingvarum cognatione & harmoniâ, *Ed. Brerewoodus* de religionum & lingvarum diversitate, aliiq;. A nobis qvicqvid in præsenti suscipitur, non eo fit animo, qvasi putemus omnes illas lingvas Theologiæ cultoribus esse addiscendas. Serò nimis pervenirent ad rem ipsam, tardiùs & possent metam tetigisse petitam. Nam ὁ βιὸς βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξὺς, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερὴ, ἡ δὲ κρίσις χαλεπὴ recte *Hippocrates*. Et cùm plerique ægrè ad modicam Ebraismi culturam adducantur, qvis hoc omnibus imponat onus? Id verò ostendere volumus, non inutiliter consumere tempus, vel milium fortè terebrare eos, qvi talia, de qvibus aliunde non constat, ex abstrusioribus lingvis eruunt. Illustret sane hæc aliave lingva unam modò alteramve sacri textus obscuram voculam, & vel δύο λεπτὰ ad hoc conferat sacrarium, ne sic qvidem planè negligenda ab omnibus est, cùm nullum vocabulum, qvantillum licet, in SSâ sit supervacaneum. Non ergo culpanda eorum videtur industria, qvi talia tractant, ut aliis qvibus non vacat, qvibusve magis ardua incumbunt, otia faciant. Cum verò præsentis instituti nostri ratio non ferat omnia in illis lingvis postea persequi, qvæ forte possemus, speramus tamen nos operam præstituros φιλολόγοις haud injucundam, si demonstrato singularum usu, qvibus magistris & ducibus ad eas eatur, undeq; à nobis omissa suppleri qveant, ostendamus. Nam & hîc primum proficiendi medium est, nosse, unde proficere possis; & *Plutarcho* judice ὄργανον τῆς παιδείας ἡ χρῆσις τῶν βιβλίων ἐστί. Qvin & forte rem non ingratam faciemus scire aventibus, ad qvem inter Christianos cultus harum lingvarum pervenerit gradum. Sic σὺν ἀγαθῇ τύχῃ παλάμᾳ συναφείας καὶ εὐμεθοδίας ἕνεκα, ubi nonnulla readsumta dilucidiùs exposuerimus, ad rem præsentem nostra deducemus

THEOREMATA.

I. PHILOLOGIÆ SACRÆ, qvia habitus practici naturam imitatur, observanda, Finis, Subjectum, Media.

II. Finis *vel est* Internus *vel* Externus: Internus *& qvidem* principalis *ratione primarii objecti est* κρίσις *s. judicium Philologicum de* λέξει *&* φράσει *Scripturæ tum intra tum extra* συνάφειαν *spectatâ*; minus principalis *ratione secundarii objecti* σύγκρισις *s. judicium Philologicum de convenientiâ versionum cum Archetypo textu.* Externus *verus SSæ sensus.*

III. Subjectum, *operationis sc. vel est* Immediatum *vel* mediatum.

Imme-

Immediatum *est intellectus humanus.* Mediatum *est vel* per se *vel* per accidens. Per se *& qvidem* primarium *est sacer authenticus & canonicus textus V.& N.T.* secundarium *Versiones, Exegeses: &c.* Per accidens *verò scriptatum* ἀπόκρυφα *tum* ψευδαγράφα *ut Talmud, Alcoranus &c.*

IV. Media *sunt Lingvæ sacræ originales, lingvæ orientales aliæ, præcipuè Syriaca & Arabica Hist. rituum Rhetorica sacra, Logica sacra &c.*

V. Finis *&* subjectum operationis *in Philologiâ tractanda essent ut* προγινωσκόμενα, Media *propriè constituerent* Subjectum Tractationis. *Partitionis nostræ autem antè datæ, qvæ non tàm ordinem naturæ qvam inventionis &c. respicit, rationes alibi exponemus.*

VI. Lingvæ originales *fuerunt nobis in V. T.* Ebraica *&* Chaldaica *in N.T.* Græca: *orientales aliæ* non originales *vel sunt* Ebraicæ affines *ut Syra, Samaritana, Arabica, Æthiopica, unde illæ cum Chaldaicâ ejus filiæ, ista neptis, hæc proneptis à qvibusdam salutatur; vel* non affines, *ut Persica, Turcica, Armenica, Ægyptiaca, Iberica, Chinaica &c.*

VII. Ex hisce insignem utilitatem promittunt Syriaca & Arabica; cæteræ mediocrem vel exigvam.

QVÆSTIONES.

Qv. I.

Num omnes cæteræ lingvæ ad Ebraicam reduci qveant?

Resp. Cum lingva Ebræa fuerit prima & cæteræ sint in γλωσσογχύσει Babylonicâ natæ, patet aliqvam dari dependentiam, cujus respectu hæ ad illam reduci possint. Qvia enim Ebraica prior est tempore & ordine, reliqvarum principium dici commodè potest. Verùm de eo nulla est dissensio. Id est in controversiâ positum: Num cæteræ lingvæ Universi ex Ebræa ortæ sint solâ literarum radicalium μεταθέσει, μεταβολῇ, προσθέσει, ἀφαιρέσει &c. ita ut Vocabula earum omnia ad origines Ebraicas his observatis reduci possint? An verò aliæ lingvæ ita ortæ sint ut πυργοποιοῖς Ebraicarum vocum ex parte induceretur oblivio & novarum infunderetur habitus? Nos concedimus qvidem in omnibus lingvis mansisse qvædam ἐρείσματα, rudera & vestigia primæ, in aliis plura, in aliis pauciora; interim irritum putamus eorum conatum esse, qvi omnes aliarum lingvarum voces ad Ebraicas origines revocare sataguut. Rectè qvidem Waserus *Comm. in Mithr. Gesneri: lingvam Græcam, Latinam, Gothicam, Germanicam, Hispanicam, Gallicam, Anglicam, Ruthenicam, Sarmaticam, Vandalicam, multa vocabula ab Hebræa lingvâ sumsisse* ait, idemq; de *Indicâ, Persicâ, Armenicâ, Ægyptiâ, Troglody-*

glodyticâ, aliisve perhibet Junius *Omt. de I. Ebr.* Et laudamus *Gv. Postellum*, qvi breviter voces qvasdam Latinas, Gallicas, Græcas, Indicas, aliasve ex idiomate Ebraico prognatas perstrinxit; *Georg. Crucigerum* qvi peculiari opere qvatuor lingvarum Ebrææ, Græcæ, Latinæ & Germanicæ harmoniam ostendit; *Gvilh. Lampagh, Anglum*, qvi vocabula Latina, Græca, Anglica vocibus Ebraicis in Epitome Lexici Buxtorfiani adaptavit; *Stephanum Gvichartum, Gallum*, qvi Harmoniam Etymologicam lingvarum Ebraicæ, Chaldaicæ & Syriacæ cum Græcâ, Latinâ, Italicâ, Hispanicâ, Germanicâ, Belgicâ, Anglicâ, Svedicâ, Danicâ edidit; *Davisium, Cambro-Britannum*, qvi ad origines Ebraicas reduxit Wallicam lingvam; *Ol. Wormium*, qvi Danicam; *Claud. Mitilerum*, qvi Germanicam. Constat singulis sua laus & commendatio: nonnulli tamen ex iis qvandoq; progredientes ultra τὸ πρέπον, nobis non feliciores videntur σοχασταὶ, ac lepidissimus iste homuncio, qvi nomen *Benjaminis* ex verbo *Volo* deducebat. Tenendum ergo hîc cumprimis illud est: *Ne qvid nimis.* Conf. Thomas Hayne *Diss. de lingv. cogn. p. 61. seq.* Et qvi nolit concedere, in γλωττοσυγχύσῃ qvasdam plane novas & cum Ebraicis irreconciliabiles voces ortas esse, is qvæso intendat omnes ingenii nervos, exploretq; vires suas, num lingvam Chinaicam ad Ebræam reducere qveat, id novimus, satis superq; habiturum qvod agat. Interim Chaldaicæ, Syriacæ, Samaritanæ, Arabicæ & Æthiopicæ Geez, tantus cum Ebraicâ consensus est, ut haud abs re docti ambigant, utrum in γλωττοσυγχύσῃ ortæ sint, an verò postea ex Ebraicâ suppullularint? Testantur id Lexica Harmonica *Schindleri* πεντάγλωττον, *Hottingeri* ἑπτάγλωττον, & qvod integrum nondum vidimus, πολύγλωττον *Anglicum*.

Qv. II.

Qvot dentur lingvæ Cardinales?

Resp. Numerarunt hactenus multi qvatuor: *Ebraicam, Græcam, Latinam & Germanicam.* Sed his *Slavonicam* alii addiderunt. Waltonus etiam *Tataricam & Sinaicam.* Verùm hæ omnes nondum sufficiunt. Ad qvam ex his reducetur Persica? ad qvam Armenica? ad qvam tot barbaræ in Africâ? ad qvam Americanæ omnes? Una certè vel altera vox subordinatam lingvam non parit, una hirundo ver non facit. Alioqvin & ex Græcâ, Latinâ, Germanicâ & Slavonica una conflari posset, qvarum symphoniam ante hos centum annos & qvod excurrit, satis luculenter ostendit *Sigismundus Gelenius.* Cum ergò unus homo omnes uni-

universi lingvas non capiat, nec proinde qvanto gradu inter se distent, judicare qveat, numerum lingvarum cardinalium i. e. qvæ nullâ mediante in γλωττοσυγχύσῃ ortæ sunt, vix determinabit qvispiam. Nam qvi tot ortas esse putant, qvot *Gen. 10.* numerantur κεφαλαιῶται, qvi *Tostato* Capitanei sunt, non uno modo à veritate abludunt. Conf. Buxtorfius *Diss. 2.* Waltonus *Prol. 1. n. 6. seqq.* & qvi in genere de lingvis scripserunt, nobis superius citati.

Qv. III.

Qvot dentur dialecti Aramææ?

Resp. Aramæa lingva in eâ latitudine à nobis capitur, ut plures subordinatas dialectos complectatur, qvemadmodum lingva Slavonica plures subordinatas lingvas Bohemicam, Polonicam, Vandalicam, Bulgaricam &c. involvit. Plerique; tres præcipuas lingvæ Aramææ dialectos constituunt, *Babylonicam, Hierosolymitanam* & *Syriacam*, qvibus *Samaritana* addi possit, qvâ conscripta est Pentateuchi versio. *Babylonica* ulterius vel *Pura* est & proximè ad Ebraismum accedit, qvalis datur in Daniele & Esdra: vel *Impura*, idq; vel *minùs talis*, in Targum Onkelosi in Legem & Jonathanis in Prophetas, vel *magis talis* tùm in Targum R. Josephi Cæci in Hagiographa & Pseudo-Jonathanis in Legem; tùm in Talmude Babylonico. *Hierosolymitana*, qvæ & Syro-Chaldæa in *urbicam* & *subrusticam* dispesci posset. *Illa* tum in Targum, tum in Talmud Hierosolymitano conspicua est: *hujus* vestigia in ruderibus Galilæis comparent. *Syriaca*, aliàs Maronitica, Comagena & Antiochena dicitur. Conf. Mayerus *Phil. sacr. P. 2 p. 40. seq.* Buxtorfius *Præf. Lex. Chaldæo-Syr.* Waltonus *Proleg. 13 n. 3.* Franc. Taylerus *Anglus Proœm. in Targum Hierosol.* & alii.

Qv. IV.

Unde lingva Syriaca dicatur Maronitica?

Resp. Lingva Syriaca aliqvando tàm latè accipitur ac Aramæa: καθ' ἐξοχήν ita vocatur dialectus, qvâ celeberrima N. Test. versio conscripta est. Eam Georgius Amira *Syram reformatam* appellat: aliàs dicitur *Antiochena, Comagena, Maronitica. Antiochena*, qvia usus ejus fuit in Ecclesia Antiochena, ut & in toto Patriarchatu qvi Ecclesiæ illi olim adsignatus erat. *Comagena* à Comagene, ultimâ Syriæ regione. *Maronitica* immediatè dicitur à Maronitis habitantibus per pagos montis Libani & in qvibusdam minoribus oppidis Syriæ, qvorum licet vulgaris lingva sit Arabica, hâc tamen Syriacâ in sacris utuntur. Testes ex αὐτοψίᾳ

ἀυτηκοΐα sunt Breuningius *Itin. Orient.* Brocardus *Descr. Terr. S.* Rauvvolfius *Itin. l.3. c.18.* & alii. Unde verò hi *Maronitæ* id nominis adepti sint, non convenit inter omnes. Esse qvi ex formulâ Anathematismi *Maranatha*, qvasi *Maranos* dictos censeant, refert Mayerus *Phil. P.1.p.416.* Ipse autem à vico qvodam Syriæ *Maroniâ* vocatos esse existimat. Eqvidem esse viculum istius nominis non procul Antiochiâ distantem, testis est Hieronymus. Sed verisimiliùs alii à *Marone* authore religionis vel sectæ derivant Maronitas. Et Maronitæ ipsi qvidem celebrant Patriarcham *Maronem*, virum sanctitate & miraculis clarum, Chrysostomo olim familiarem. Sed Willermus Tyrensis *Hist. Transmarin. l.22.c.8.* Jac. de Vitriaco *Bell. Hieros.* Marinus Sanutus Torsellus *c.2. Par.8.l.3.* Johannes Morinus *Comm. de sacris Eccl. ordinat. P.11.p.381.* & alii volunt à monacho *Marone*, hæretico Monotheletâ, Mauritio coævo, Maronitas dici: qvorum sententiam, cùm Maronitæ Jacobitarum, qvi extra controversiam Monotheletæ, secuti sint qvondam dogmata, haud improbabilem esse censemus. Conf. & Hottingerus *Topogr. Eccles. c.2.p.18.*

Qv. V.

An lingva Syriaca Salvatori fuerit vernacula?

Resp. Receptissima est hæc sententia & nititur authoritate clarissimorum virorum, ex qvibus nominamus *Widmanstadium, Masium, Crinesium, Trostium, Gvid. Fabr. Boderianum, Laur. Fabritium, Andr. Sennertum, Jac. Martini, Frantzium, Gvaltperium, Leusdenium.* Eandem tamen vocant in dubium, & negant tempore Salvatoris Hierosolymis ac in vicinis locis Syriacam lingvam in usu fuisse Barth. Mayerus *Phil. S. P. 1. p.108. s.* & Br. Waltonus, *Prol.13. n.5.* his rationibus 1. qvod voces, qvibus Christus & Apostoli usi, ex lingvâ Syriacâ Maroniticâ exponi non possint. E.g. *Marc.7.v.24.* scribitur μαμμωνᾶ: Syr. *Mamuno* Joh.19.v.13. γαββαθὰ: Syr. *Gephiphto.* Matth.27.v.23. γολγοθᾶ Syr. *Gogultho.* Marc.5.v.41. ταλιθὰ Syr. *Telitho* &c. 2. qvod lingva, qvâ Christus & Apostoli usi habuerit Dages forte, qvod patet ex vocibus μαμμωνᾶ, γαββαθὰ, ἀββᾶ, ῥαββεὶ, ῥαββουνὶ, qvo careat Syriaca Maronitica. 3. qvod Targum & Talmud Hierosolymitana diversâ à Maroniticâ dialecto sint conscripta. Sed responderi posset ad rationem 1. voces istas ex lingvâ Syriacâ optimè explicari posse, cum earum themata illic extent omnia. Nec formâ adeò discrepare: Nam E.g. Græcè scribitur ταλιθὰ: Syra vox hodie legitur *Telito.* Certè *Sventerus* fusè probat Dsekopho per Kametz Ebræorum efferendum esse: & scheva apud LXX. & authores N. Test. nullum

fixum

fixum habet sonum, sed sæpe ad seqventem vocalem se conformat. Idem habendum de *Mamuno, Chakaldemo, Moraneto &c.* Et nomina præsertim propria, qvalia sunt γαβϑαϑὰ, γολγοϑᾶ, ἀκελδαμὰ &c. rarò retinent suam formam, cum in alias lingvas transferuntur. Ad 2. Negari à *Crinesio, Leusdenio* aliisve, qvod Syri careant Dages forti. Verùm utut hoc iis non concedatur, dici posset geminari literam nonnunqvam Euphoniæ causâ, ut in σαββὰ pro שרת Ad 3. Ex Talmud Hierosolymitano non adeò infallibiliter de lingvâ tempore Christi Hierosolymis vernaculâ judicari posse, cum A.C. 230. demum confectum sit: Targum a. esse recentioris ævi. Tota tamen controversia dirimi facilè potest si distingvatur inter lingvam Syriacam in debitâ latitudine sumtam & dialectum Maroniticam qvæ hodie καθ' ἐξοχὴν Syriaca dicitur. Lingva Syriaca latiùs olim patuit & in diversas discreta est dialectos, qvas inter & Hierosolymitana fuit. Ut ut ergò ea dialectus, qvam hodie Maronitæ excolunt, Salvatori vernacula non fuisset, exinde tamen negari neqvit, locutum eum esse Syriacè & lingvam Syriacam sanctissimo ore suo consecrâsse; cum sic à negatione speciei ad negationem generis malè concluderetur: perinde ac si qvis inferret Jonicè scribentem non scribere Græcè vel loqventem Saxonicè non loqvi Germanicè. Conf. etiam Amira *Gramm. Syr. Prælud. 3.*

Qv. VI.

Qvem lingva Syriaca habeat usum?

Resp. Insignis lingvæ Syriacæ usus est 1. in explicatione vocum Syriacarum textui Græco inspersarum, qvas explicant D. Gvaltperius *in Sylloge vocum exoticarum N.T.* Laur. Fabritius *in reliqviis Syris*, Ang. Caninius *ad loc. obsc. N.T.* Pasor *in Etym. nominum propr. N.T.* Glassius *in Philol. sacrâ* & alii. 2. in eruendâ significatione radicum in Ebraismo desvetarum E.g. אשר *effusio* Syr. אשר *Effudit.* Ebr. בטן *Venter, uterus:* Syr. בטן *concepit.* Ebr. תכריך *Stola.* Syr. כרך *involvere.* Ebr. עגול *rotundus:* עגלים *plaustrum.* Syr. Pahel עגל *Volvere &c.* 3. in versione tùm V.T. cujus usum in animad. suis ostendit *Arn. Bootius:* tùm N.T. cujus magna est apud Christianos authoritas, adeò ut eam plerique vel Apostolo vel Apostolico cuidam viro tribuant, unde passim in locis obscurioribus comendatur. Conf. Lud. de Dieu *in Animadv. N.T.* Qvod Fr. Spanhemius *P. 1. dub. 23.* ait, alicubi ex Vulgata interpolatam esse, in eo nos nondum habet consentientes. 4. In historiâ Ecclesiastica & pernoscendo statu ecclesiarum orientalium, earum cumprimis qvæ in sacris

cris lingvâ Syriacâ ut plurimùm utuntur, ut ut vulgaris vel Turcica vel Arabica vel alia sit: qvales sunt per totam Syriam hodieq; dispersi cœtus *Nestoriani*, qvorum Patriarcha dicitur Jachilich (teste Paulo Veneto *l.1.c.15.* Rauvvolf. *l.3.c.15.*) i.e. *Catholicus*, ut probat Hottingerus *Top. Eccles. p.120.*; *Syri* vel *Suriani* ἐξοχικῶς dicti, aliàs *Melcitæ* s. *Regii*, qvod religionem Regiam s. Imperatoris *Marciani* cum Synodo Chalcedonensi reciperent; Cons. Ed. Brerevvoodus *de varietate lingg. & religionum c.16.p.219. Jacobitæ*, qvi Nestorianis contrarii Eutychiani & Monotheletæ sunt, dicti à *Jacobo Baradæo*; horum asseclæ sunt *Maronitæ*, qvi tamen occasione belli sacri & certis conditionibus Ecclesiæ Romanæ accesserunt. De horum omnium sacris conf. Morinus *comm. de sacris Ecclesiæ ordinationibus*, & Hottingerus *Topogr. Ecclesiasticâ*. Plura de lingvæ Syriacæ usu dabunt B. Jac. Martini *Præf. in N. T. Trostii*: Br. Waltonus *Diss. de lingg. Or. & Proleg. 13.* Hottingerus *Smegm. Or.* Leusdenius *Præf. Sch. Syr. &c.* Nec deest nobis hodie ad lingvæ hujus cognitionem occasio. Prostant 1. doctissimorum virorum opera *Grammatica*, ut *Christoph. Crinesii* Gymnasium Syriacum, *Andr. Masii* Gramm. lingvæ Syriacæ, *Gvid. Fabritii Boderiani* Peculium Syrum, *Thomæ Erpenii* Gr. Syr. edita â *Const. L' Empereur*, *Casp. Waseri* Gr. Syr. *Joh. Casp. Mirycæi* Gr. & Collectanea Syr. *Johan. Mich. Dilherri* Rudimenta & Eclogæ Syr., *Joh. Leusdenii* Schola Syr. & ipsius Maronitæ *Georgii Amiræ* Gramm. Syriaca: in harmoniâ ad Chaldaismum tradiderunt hanc lingvam *Joh. Mercerus* in Tabb. lingvæ Chaldæo-Syr. *Imm. Tremellius* Gramm. Chald. & Syr. *Joh. Buxtorfius* Gramm. Chaldæo-Syr. Exc. noster *Sennertus* in Chaldaismo & Syriasmo: Ad Ebraismum simul *Bonav. Corn. Bertramus* in comparatione Gr. Ebr. & Aramicæ *Lud. de Dieu* in Gramm. *lingg. Or.* ad Arabismum simul *Hottingerus* Gr. Harm.; & ad Æthiopicam deniq; lingvam simul superiori seculo *Angelus Caninius* & nuper *D. Joh. Ern. Gerhardus* in Harm. lingg. ad Inst. Schickardi. Delectum adhibiturus, seligat sibi *Amiram, de Dieu & Sennertũ. 2. Lexica. Gvid. Fabritii Boderiani: Christ. Crinesii* ex N. T. & rituali Severi, *Ferrarii: Martini Trostii*, ϑ μακαρίτȣ Lexicon omniũ ferme exemplorum inductionem continet, consummatissimum ad usum N. Test. nisi particulis careret; *Joh. Buxtorfii* Chaldæo-Syrum. Potest & Lexici instar esse tertia pars clavis poëseos sacræ *Hieron. Aviani* & Lexicon Pentaglotton *Schindleri*, ut nil de Polyglotto Anglicano dicamus. Tyronibus sufficere potest Lexicon Syr. *Dn. D. Ægidii Gutbirii* recens editum. *3. Textus. Versio V. T.* qvam primus

punctis

punctis instruxit & versione Latinâ donavit *Gabriel Sionita*, tum in opere Parisiensi, tum Anglicano, reperitur. Psalterium seorsim & *Sionitæ* & *Erpenii* operâ prodiit. N.T. primus edidit *Widmanstadius* IC. Imperatoris Ferdinandi per Germaniam Cancellarius, cum *Mose Meridinæo*, idq; Syriacè tantum; qvod postea per *Gvid Fabritium Boderianum*, *Tremellium*, *Trostium* & alios Latinitate donatum & variis formis hactenus impressum est. *Ritualia* pauca edita sunt; ut *Severi Alexandrini* l. de ritibus Baptismi & Evchariſtiæ Syriacè & Latinè apud Plantin. An. 1572. & *Joh. Morinus* l. c. Maronitarum, Jacobitarum, Nestorianorum &c. ordinationes, ab Abr. Ecchellensi adjutus, exhibuit.

Qv. VII.

Qvam habeat usum lingva Samaritana?

Resp. In opere Parisiensi nec non Anglicano continetur & Textus Samaritanus & Versio Samaritana. De textu, qvi charactere Samaritano & stylo purè Ebræo constat & à textu Ebraico aliqvando discrepat, alibi commodior erit dicendi locus: interea conferri possunt Hottingeri *Exercitationes Anti-Morinianæ*. Jam de dialecto, qvâ versio Samaritana conscripta est, solliciti sumus. Eam suo non carere usu putamus 1. in radicum Ebraicarum obsoletarum restitutione, qvæ ex aliis lingvis, ipsâ qvoq; Arabica, vel planè non vel non tam bene dari potest. E. g. Ebr. זרזיר *Accinctus*. Rad. Sam. זרז *Festinavit*. Ebr. נמר *Pardus*. Sam. נמר *maculis aspersus fuit*. Ebr. סוד *Secretum*. Sam. סוד & סער *consideravit*. Ebr. מסרף *Vespillo q Pollinctor*. Sam. סרף *unxit*. Ebr. רשיון *Facultas* Sam. רשי *Potuit &c.* 2. in SSæ explicatione, ad qvam non plane nullum momentum qvandoqve afferet versio Samaritana, qvæ suis non caret dotibus, ut ut falsum sit, qvod adserit *Morinus seqvi eam* κατὰ πόδα *textum primigenium atq; ex eo verbum è verbo expressam esse*. Conf. Hottingerus *Diss. de Heptaplis Parisiensibus*. Qvod ad ipsam lingvam Samaritanam, est ipsâ cum Chaldaicâ maximæ cognationis, unde & *Chaldæo-Samaritana* vulgò dicitur: voces tamen qvasdam habet sibi proprias & peculiares: nonnunqvam & Arabicis utitur. In formatione tam nominum qvam verborum modò Ebraicæ, modo Chaldaicæ regulis conformatur. Cum primis sæpissimè utitur literarum ejusdem organi μεταβολῇ, etiam ultra unam alteramve lineam. Ad Ebraicam propius accedit qvam ulla dialectus Aramæa, cujus rei causam *Waltonus* & *Morinus* exponere conantur, qvos vide. Conf. hic Crinesus *Diatribe de lin-*

gva Samarit. Leusdenius *Diss. de literis & ling. Sam. subjunctâ Scholæ Syriacæ,* Waltonus *Proleg. 11. n. 20. & Diss. de ling. Orient. p. 44.* D. Joh. Ernestus Gerhardus *Harm. ling. Or. ab initio* & alii. χειραγωγίαν ad hanc lingvam pauci meditati sunt. *Postellus* Grammaticam Samaritanam habuisse dicitur cum Ebraicâ congruam. Edita habemus Grammaticam & Lexicon Samarit. *Joh. Morini* & alia qvædam opuscula. Plerasq; voces inseruit *Hottingerus* Lexico suo Harmonico: plures verò suppeditabit πολύγλωττον *Anglicanum.* Aliqvam multas & obscuras voces & difficultates Grammaticas exposuit in Annotationibus suis Samariticis (qvas vide in Apparatu Bibl. Angl.) Vir πολύγλωττος *Edmundus Castellus.*

Qv. VIII.

An lingva Arabica sit uberior Græcâ?

Resp. Lingvâ Græcâ nullam esse uberiorem, plerorumq; hactenus persvasio fuit. Asserit id post alios Sebast. Pfochenius *Diatrib. de Styli N. T. puritate p. 4.* cujus Antagonista Thomas Gatakerus Londinas *diss. de stylo N. T. p. 22.* contra Erpenium uberiorem esse Græcam Arabicâ contendit, & tantùm monet Græcæ ubertatem non rectè à Pfochenio probari. Nos laudibus lingvæ Græcæ nil detractum volumus, eâ tamen uberiorem Arabicam pronunciamus. Nec movent nos rationes contrariæ Pfochenii. *Tàm latè,* ait, *fusus est Græci sermonis usus, tantaq; vocum compositarum & ortarum varietate luxuriatur, ut non putem ullam aliam lingvam in toto terrarum orte fuisse aut esse posse hac ipsâ ampliorem. Tot derivata ab una themate, puta* φέρω *vel* ἵστημι *vel* τίθημι *vel* ἔχω, *&c. descendunt, ut vel unum thema Lexicon singulare constituere videri possit. Græcus Henrici Stephani Thesaurus amplus hujus rei esse poterit magister. Qvadraginta Adjectivis nominibus & ultra licet exprimere* superbum &c. Verum enimverò lingvæ copia propriè non è luxuriâ compositorum, sed ex qvantitate vocum simplicium æstimanda est. Vox enim simplex in compositione non multiplicatur, nec à se ipsa fit essentialiter diversa, sed alium aliumve tantum acqvirit statum. Qvi decem habet florenos, & diversos cum diversis diversimodè conjungit, ultra centenos combinationis modos recensere potest, retinet interim non nisi decem florenos. In primitivorum autem copiâ Arabica palmam facillimè præripit Græcæ, cujus 3259. voces primigenias computavit *L. Lampertus Alardus* in suâ Græciâ in nuce. Nec cedit Arabica Græcæ derivatis

vatis simplicibus. His etiam facilè compensat composita, uti & conjugationibus suis & constructione. Si verò ex Synonymis decernere rem velit Pfochenius, deprehendet Græcam respectu Arabicæ paupercula esse. Tanqvam rem miram narrat, qvod 40. nominibus Græci exprimant *superbum*. Sed audiamus jam de Arabicâ solum Pokokium *ad Abulf. p 153. Qvantum*, ait de eâ, *Græcam, Latinam aliasq; Lingvarum præcipuas verborum copiâ superet, hinc conjicere licet, qvod aliqvando vel sola diversarum unius rei appellationum enumeratio & explicatio justam voluminis integri materiam præbuerit. Sic doctissimo Grammatico* Ebn Chalavvaih *libris unius subjectum Leonis nomina, qvæ qvingenta; alterius Serpentis, qvæ ducenta, teste* Jallaloddino *in* Mezhar: *Author Kamusi*, Mohammed Al Firauzabadius *librum integrum de mellis appellationibus & utilitate se conscripsisse ait, in qvo cum 80. ejus nomina recensuerit, totam tamen ejus nomenclaturam non absolvisse notatur. Testatur idem ensis appellationes ultra mille se in libro à se composito enumerasse.* Thesauro *Henrici Stephani* aliàs commendatissimo in præsenti causâ opponimus Thesaurum *Antonii Giggeji*. Qvæ de nominum divinorum pluralitate apud Græcos subjecerat Pfochenius, examinat Gatakerus *l. c. p. 28.* Nobis hæc sufficiunt. Conf & Hottingerus *Append. Gramm. Harm. p. 171. seqq.*

Qv. IX.

Qvem lingva Arabica in Theologiâ habeat usum?

Resp. Non dicemus jam de usu lingvæ Arabicæ in peregrinationibus, qvod ejus ope qvis totam ferè Asiam & Africam peragrare qveat; qva de re egerunt Gv. Postellus ap. Theod. Bibliandrum de *comm. ratione LL. p. 5.* & Wilh. Bedvvellus *Præf. in Ep. Joh. Arab.* nec de usu, qvem Medicis præstat, tùm in explicatione multorum terminorum technicorum, E.g. *Juleb, Sirub, Elixir, Rhoob, Alchool, Galanga, &c.* tùm in suppeditatione multorum Magistrorum artis, cumprimis *Avicennæ*, cui multi post Galenum secundas deferunt, & vulgare est dicterium: *Bonum Avicenniſtam esse bonum Practicum*; nec qvod non minus qvam Græca & Latina possit ὄχημα omnium disciplinarum esse Philosopho; sed de insigni utilitate, qvam in Philologiâ Sacrâ & Theologiâ præstat, nam 1. qvamplurimæ radices ex lingvâ Ebraicâ injuriâ temporum & incuriâ hominum deperditæ ex hac lingvâ feliciter restitui possunt, uti præter alios Hottingerus reipsâ ostendit, tùm in catalogo peculiari inserto *Smegmati orientali*, tum in *Lexico Harmonico*. Cum verò vocum de-

rivatarum formalis significatio, saltem primaria, ex radice sit desumenda & apud hanc in investigatione significati prima sit instantia, judicent cordati, qvantum ad ἐξήγησιν sacram lingva Arabica afferat momentum. 2. Versiones Arabicæ V. & N. T. obscura qvædam loca ita declarant, ut non possint meliùs prolixa commentaria, qva de re luculenti testes sunt Wolfg. Franzius *de Interpr. SSæ p. 39. ed. An. 1634.* D. Paulus Tarnovius *Comm. in Joh.* & Hottingerus *Analect. p. 265. s. 3.* Nomina qvædam, præsertim propria, Arabica. E. g. *Hagar, Meni, Ciun, Aretas, Elymas, &c.* textui sacro interspersa ex Arabismo explicanda sunt. 4. Et observati ritus Arabum veterum nonnunqvam textui faculam accendunt. De Βελομαντεία videtur Pokokius; de ceremoniis Zabæorum Hottingerus *Hist. Orient. l. 1. c. 8.* 5. Nec Pseudo-canon Muhammedis intelligi nec ejus Religio, qvâ bona pars orbis effascinata, satis refelli potest, sine subsidio hujus lingvæ, qvâ scriptus Alcoranus est. 6. In historiâ Ecclesiasticâ etiam insignis ejus usus est, cum illius ope Christianorum orientalium dogmata, mores & ritus in apricum produci qveant. Sed plura suppeditabunt Petr. Kirstenius, Ruthgerus Spey, Exc. Andr. Sennertus *Præf. Gramm.* Nic. Clenardus, Th. Erpenius, Joh. Melch. Maderus *Orationibus de ling. Arab.* Hottingerus *Analect. Smegm. & Append. Gramm. Harmon.* D. Wasmuth *paræneſi præmissa Gramm. Arab.* Waltonus *Proleg. 14. & Diss. p. 76.* Cæterùm ad hanc lingvam addiscendam hodie nulla nobis desunt subsidia: *1. Grammatica.* Primus ex Christianis, qvod sciamus, Grammaticam scribere aggressus est *Gv. Postellus*, qvæ Parisiis ante hos centum & viginti annos prodiit, sed Kirstenius *l. 2. Gramm. p. 8.* eum *vix primis digitis rem tetigisse* ait. Nec forte magis vel *Ruthgerus SpeyBopardianus*, cujus compendium Gr. Arab. cum Epist. ad Galatas Heidelb. An. 1583 editum est, vel *Angelus Caninius* qvi hanc lingvam in harmoniâ proposuit. *Petri Kirstenii* Wratisl. Grammat. Arabicæ l. 3. Breslæ An. 1608. & 1610. editi rem prolixiùs exponere videbantur. Sed secutus est qvi priores omnes superavit *Erpenius*: is vulgavit & Rudimenta lingvæ Arabicæ, & Grammaticam majorem, qvæ primùm An. 1613. deinde auctior An. 1636. deniqve ex recognitione *Jacobi Golii* prodiit. Erpenio locupletior es in multis sunt *P. Franciscus Martelottus* & *P. Philippus Gvadagnolus*, cujus Instit. Arab. Romæ An. 1642. impressæ: sed posterior hic certè obscurior est. Stylo enim & methodo Arabum pressius insistit. Sic *Essocuno* ipsi est Siesma, *Modsareum*,

Futu-

Futurum & qvidem *Rafeatum* regulare; *Masdarum*, Infinitivus; Nomen *revolubile* variabile; *Rafeus*, *Giarrus*, *Nasbus*, tres casus Arabum; *giarrare*, genitivum regere; *Mobtadaum & Chabarum*, Subjectum & Prædicatum &c. *Gabriel Sconita & Johan. Hesronita* Gramm. Arabicam Maroniticam ediderunt. *D. Matthias Wasmuth*, Ann. 1654. Gramm. Arabicam scripsit, suâ opinione tam facilem, ut pauculas indies horas impendens menstruo spatio rem conficere possit, cujus methodi num tàm facilis sit praxis, ac idea fuit, discant alii experimento suo. Posterior his tempore, sed concinnâ methodo nulli secundus Exc. *Dn. Andr. Sennertus*, Magnus studiorum nostrorum Promotor, in Arabismo suo. Syntaxin in specie, sc. *Giarumiam* cum libro centum regentium edidit Erpenius, post Kirstenium, qvi ex illâ fecerat tertium Grammaticæ suæ librum. Poëticam tradiderunt *Joh. Fabritius* in calce speciminis Arabici, *Phil. Gvadagnolus* Append. Gramm. & nuper peculiari libello *Samuel Clericus*. Cui certa magis qvam multa placent, Erpenii Grammaticâ à Golio recognita & Sennerti Arabismo contentus esse poterit. Aliàs in Arabum scholis velut classicus author est *Malecus*. 2. *Lexica. Francisci Raphelengii* cum *Erpenii* notis ad altiora hic tendentibus vix sufficit: Locupletissimus, sed vastâ mole ferè molestus Thesaurus Arabicus *Ant. Giggeji*: commodius est Lexicon Arabicum *Jac. Golii*, qvi ipse secutus cumprimis est *Gieuharim*, ut ille *Firuzabadium*. Phraseologiæ rationem præcipuè habuerunt *P. F. Dominicus Germanus de Silesiâ* in Fabricâ lingvæ Arabicæ ed. Romæ An. 1639. & *Joh. Baptista du Val* in Lexico Latino-Arabico Psalteriali ed. Parisiis An. 1632. Conferri possunt Lexica Harmonica *Schindleri* & *Hottingeri*. 3. *Textus*. Versio Arabica V. & N. T. in Bibl. Parisiensibus & Anglicanis continetur. N. T. seorsim edidit *Erpenius* Lugd. An. 1616. Psalterium cum versione *Victorius Scialac* & *Gabriel Sionita* Romæ An. 1614. Alcorani Suratam 12. Josephi & 64. Fraudationis edidit *Erpenius*: 31. Lokmanni *Golius*: 14. Ibrahim & 15. Hegiræ *Joh Georg. Nisselius*. Avicennæ l. Can. 2. cum versione & notis exhibuit *P. Kirstenius*; & ex eodem Avicenna qvædam *D. Vopiscus Fortunatus Plempius*. Specimen ex Gregorio Abul Farajo edidit *Pokokius* Oxon. 1650. Historiam Saracenicam Elmacini cum versione *Erpenius* Lugd. Batav. Ann. 1625. Arabsiadis Historiam Timuri *J. Golius* sine versione, de cujus stylo

egit *Lev. Wernerus*: Speculum mundum repræsentans cum versione *Abr. Ecchellensis* Paris. An. 1641. Tabulam Cebetis *Joh. Elichmannus* Lugd. 1640. Testamentum Muhammedis *Nissélius*, Proverbiorum Arabicorum duas centurias *Erpenius*: Proverbiorum Alis Centuriam *Tscherningius*. MSS. Bibliothecam locupletissimam exhibuit Hottingerus. Pro tyrone sufficere possunt, qvæ subjunxit Golius Grammaticæ Erpenii, cujus qvoqve conferatur consilium de studio Arabico feliciter instituendo.

Qv. X.

An lingva Punica eadem fuerit cum Arabicâ?

Resp. Fuerunt in istâ opinione L. Valla *Epist. p. 351.* citante Reinesio, Gv. Postellus, Th. Bibliander, Schindlerus *in Lex. Pentagl. c. 1614.* Drusius *l. 2. qv. Ebr. 44.* Megiserus *L. Polygl. tab. 1.* qvos seqvitur D. Vitus Wolfrum *in Nocte Cygneâ.* Verùm id falsò credi eruditè probavit D. Thomas Reinesius *in ἰσχναμένοις lingvæ Punicæ*, cui & nos nostrum adjicimus calculum. Persvadent id nobis vel sola *Punica Plautina*, qvorum dexterrimam non ex Arabismo, sed ex Ebraismo & Syriasmo, explicationem exhibuit Sam. Bochartus *in Canaan p. 800.* qvi & *l. 2. à c. 2. ad 16.* multas alias voces Punicas ex *Sanchoniatone, Herodoto, Josepho, Polybio, Livio, Trogo, Strabone, Plutarcho, Solino, Herodiano, Julio Capitolino, Eunapio, Athenæo, Qvintiliano, Macrobio, Jamblichio, Festo, Varrone, Servio, Hesychio, Stephano Byzantio, Eustathio, Tzetze, Dioscoride, Apulejo, Hieronymo & Augustino* collegit & exposuit: qvas tamen juxta seriem Alphabeticam jam ante eum digesserat Bernh. Aldretus *Antiq. Hisp. l 1. c. 2.* Ut ad Punica Plautina redeamus, eorum explicationē qvoq; Sam. Petit *Misc. l. 2. c. 1. &* J. Philippus Paræus *Lex. Plautin.* moliti erant. Sed ille cumprimis invitis canibus venatus est. De historiâ gentis & genio lingvæ plura tradiderunt Bernh. Aldretus *l. c.* & de *Orig. lingv. Castell. l. 3. c. 7.* Seldenus *de Dis Syris p. 14. ed. prioris.* Samuel Bochartus *l. c.* Nic. Fullerus *Misc. Theol. l. 4. c. 4.* Claud. Salmasius *l. 1. Ep. 18 ad Hug. Grotium.* Melch. Goldastus *Ep. ad J. Phil. Parœum.* Hugo Grotius *Ep. 13. p. 237.* Br. Waltonus *Prol. 3. n. 15. &* Reinesius *l. c.*

Qv. XI.

Qvem lingva Æthiopica habeat usum?

Resp. Lingvæ Æthiopicæ non contemnendum usum esse existimamus

mamus 1. in restitutione radicum, qvæ ex aliis lingvis vel non possunt repeti, vel non tam commodè. E. g. Ebr. בְּהֵמוֹת *bestia.* Æth. בהם *mutus fuit.* Ebr. חֶדֶר *cubiculum:* Æth. חדר *habitavit.* Ebr. חָם *Socer* Æth. תחמו *affinitatem contraxit.* Ebr. מַלְאָךְ *legatus* Æth. לאך *misit.* Ebr. שֶׁכֶם *humerus* Æth. סכם *portavit &c.* Plura produxit Hottingerus *Smegm. p. 81. seq.* 2. in explicatione SSæ per versiones. Translata enim est universa SSa in lingvam Æthiopicam, qvam versionem Abessêni circa Apostolorum tempora factam contendunt. In N. Test. ejus usum qvodammodo ostendit Lud. de Dieu. Conf. & Dilherrus *Elect. l. 1. c. 8.* 3. in historiâ Ecclesiasticâ. Nam Abyssini cum suo *Abuna* vivunt sub Rege Christiano, qvem nonnulli ut *Damianus de Goes, Aloisius Cadamusti, Lud. Romanus Patritius, Alvarez, Maffejus, Genebrardus &c.* vel cum Asiatico *Padschah Presteqani* confundentes vel aliorum relatione decepti vocant *Pretiosum Johannem* vel *Presbyterum Johannem* vel Priester *Jan*, qva de re alibi. Conf. jam Scaliger *de Emend. Temp. l. 7. p. m. 677.* Bochartus *Phaleg l. 4. c. 26 p. 308.* Kircherus *Prodr. Copt. c. 4.* Morinus *de Sacr. Ordin. p. 437.* Hottingerus *Topogr. Eccles. c. 5.* Theodorus Petræus *Not. ad Jon. Proph. Æth. p. 14.* Waltonus *Proleg. 15. n. 2.* Maresius *de Relig. Æth. &c.* Qvam constantes Christiani nominis fuerint confessores, vel ex *ærâ martyrum* constat, de qvâ iterum consulendus Kircherus *Prodr. c. 2.*; unde liberandi meritò sunt à suspicione Judaismi, qvam à se confessione sua abundè removit Rex *Glaudius.* Vid. ad eam *Jobus Ludolfus.* Nec difficilis est ad lingvam hanc, qvæ *Geez* s. libera dicitur, aditus. Præstò sunt subsidia 1. *Grammatica.* Primus, qvod sciamus, Grammaticam Æthiopicam seorsim edidit *Marianus Victorius Reatinus* Romæ 1552. in 4to, cujus editionem repetiit *Achilles Venerius* Rom. 1630. in 8vo. Extant & Institutiones lingvæ Æthiopicæ Geez *Jacobi Wemmerii* Rom. in 4to, & nuperrimè edita est Grammatica Æthiopica *Jobi Ludolfi*, lingvæ Æthiopicæ felicissimi restauratoris, Lond. An. 1661. 2. *Lexica: Wemmerii & Jobi Ludolfi*, qvibus cum jungatur Polyglotton *Anglicum*; Æthiopes aliàs Nomenclatore utuntur, qvem *Sausau* sive *Scalam* vocant. 3. *Textus.* Operi Anglicano inserta sunt Psalterium, Canticum Canticorum & N. T. cum versione Latinâ. Seorsim prodiit Psalterium opera *J. Potkenii* Romæ 1513. & iterum Coloniæ An. 1518. Nov. Testamentum Romæ An. 1548.

An. 1548. à qvodam *Petro* Æthiope editum est. Notas ad Prophetiam Jonæ Æthiopicam vulgavit cum qvibusdam precibus *Theod. Petræus*. Confessionem *Claudii* edidit cum notis *Ludolfus*, cui subjecit Dioscori Liturgiam *Joh. Mich. Wanslebius*. Alios Abyssinorum libros ἀνεκδότους in Epist. ad Hottingerum recensuit Ludolfus, qvalis etiam est liber sacerdotalis Sincsar, qvem citat Marc. Ant. Marsilius *de fonte lustrali p. 521.*

Qv. XII.

Cur lingva Æthiopica dicatur Chaldæa?

Resp. Abyssini à multis dicuntur *Chaldæi* & lingva Æthiopica Geez *Chaldaica*. Reuchlinus *de arte Cabb. l. 1. p. 721. Chaldiacam* à *Chaldaicâ* distingvens per illam Æthiopicam intellexisse videtur. De causâ verò appellationis disceptatur. *Cur nostra Æthiopica lingva Chaldæa à qvibusdam appellata fuerit*, inqvit Jobus Ludolfus *Lexic. Æthiop. pag. 292. nec Æthiops meus dicere poterat, nec ego conjicere possum.* Veruntamen Nic. Fullerus *Misc. l. 2. c. 21. p. 145.* ex Scaligero refert, *Æthiopes Abassenos prædicare sè generis sui primordia ab antiqvis Chaldæis & Assyriis ducere.* Ipse Scaliger *de Emendat. Temp. l. 7. p. 638.* ait lingvam Æthiopicam Geez *esse adventitiam, nec ibi natam ubi nunc colitur, unde & à solis sacerdotibus ex libris discatur.* Et Waserus *Comm. ad Mithr. Gesneri p. 89.* ex veteri historiâ Ecclesiastica refert colonias multas ex Assyriâ in Æthiopiam traductas esse. Sit fides penes illum & penes lectorem arbitrium.

Qv. XIII.

Qvem lingva Persica habeat usum?

Resp. Utilis & hæc lingva nobis videtur non modò in expositione profanorum authorum, uti ostendunt *Gesnerus* in Mithridate & *Waserus* in notis ad eum, cumprimis verò *Gvil. Burtonus* in λειψάνοις Vet. lingvæ Persicæ, sed etiam 1. in explicatione vocum Persicarum textui sacro insperfarum, qvales sunt nomina propria /אסתר/ אחשורוש/ כורש/ דריוש &c. appellativa / פוריים אדרגזריא/ גנצי/ אנרטרא/ אחשתרנים/ אחשדרפנים/ נשתון דתבריא μάγοι &c. & de qvibus adhuc ambigitur, סרבלין/פרדס &c. 2. in evolu-

evolutione antiqvitatum Persicarum, qvarum cognitio lucem adfert libris Esteræ, Danielis, Esdræ &c. 3. in exegesi, nam ex Theodoreto, Chrysostomo, Hieronymo aliisq; patet, jamdudum Scripturam in lingvam Persicam versam esse. A Judæis Constantinopoli An. 1551. edita est versio Persica *Jacobi Tawusii* in Pentateuchum, textum κατὰ πόδα seqvens, cum textu Ebraico, Vers. Arabicâ Saadiæ nec non Chald. Onkelosi. Eadem versio habetur in opere Anglico, ut & Psalterii & qvatuor Evangeliorum, qvam non negligendam planè esse *Gravii & Wheloci* notæ ostendunt. 4. In controversiis Muhammedicis. Eo facilius autem alliciet hæc lingva procos & cultores, qvod & facillima omnium totius universi (qvantum hactenus compertum est) & jam satis exulta sit à *Golio, Lud. de Dieu, Graviis, Elichmanno, Wernero, Wheloco, Olearioque &c.* Nec hic desunt φιλογλώττοις adminicula. *1. Grammatica.* Primam evulgavit *L. de Dieu* Lugd. An. 1639. cujus tamen verum authorem *Elichmannum* esse testatur Cl. Ravius *Paneg. 1. lingg. Or. p. 12.* Alteram *Joh. Gravius* Londini An. 1649. *2. Lexica.* Instar omnium erit Lexicon Anglicanum, qvod harmoniam dabit radicum Ebraicarum, Chaldaicarum, Samaritanarum, Syriacarum, Æthiopicarum & Persicarum. Ἀνεκδότων MSS. Lexicorum hinc inde magna copia est. *3. Textus.* Pentateuchi, Psalterii & Evangeliorum editiones notavimus. Hæc tamen seorsim qvoqve edita sunt, & in ea extant notæ *Th. Gravii & Abr. Wheloci*, Angl. Historiam Christi Xavierianam Persicè & Latinè edidit cum notis *L. de Dieu.* Ann. 1639. Sed neqve Pentateuchus Tavvusii neq; ista historia verum Persismum sapit, ille verò minus, qvam hæc. Unde Persicæ elegantiæ studiosis potiùs commendantur *Ulug Beigi* Tractatus de Epochis orientalium, Astronomica *Shah Cholgii* & alia, qvæ cum versione Latinâ edidit *Johan. Gravius* Lond. An. 1650. & 52. Proverbiorum Persicorum centuria cum versione & notis *Lev. Werneri* Lugd. An. 1644. & *Muladini Sadi Kulestan* s. Rosarium Politicum, qvod cum versione & notis suis evulgavit *Cl. Georgius Gentius* Amst. An. 1651. qvod scriptum ad astra poli ipsi eychunt Persæ.

Qv. XIV.

Unde tanta sit lingvæ Persicæ cum Germanicâ convenientia?

Resp. Mirum cuipiam videri qveat, unde tanta sit inter Germanicam nostram & Persicam cognatio & in λέξει & in Syntaxi & in ἐκφορᾷ. Symphonia Lexica ex seqventibus satis est conspicua. Pers. *Aber*, Germ. über/ Pers. *Band*, Germ. Band/ Pers. *Cal*, Germ. kahl/ Pers. *Casti*, Germ. Kaste/ Pers. *Pader*, Sax. Bader/ Pers. *Mader*, Sax. Moder/ Pers. *Dochter*, Sax. Dochter/ Pers. *Brader*, Sax. Broder/ Pers. *Coda*, Germ. GOtt/ Pers. *der*, Sax. dor/ Pers. *Dand*, Sax. Than/ Pers. *Derug*, Germ. Trug/ Pers. *Grift*, Germ. Greifft/ Pers. *Joc*, Germ. Joch/ Pers. *Neu*, Germ. New/ Pers. *Nam*, Germ. Nahm/ Pers. *Musch*, Sax. Muus/ Pers. *Tonder*, Germ. Donner/ Pers. *Bihter*, Sax. Beeter/ Pers. *Barber*, Sax. Barbeer/ Pers. *Leb*, Germ. Lipp/ Pers. *Churd*, Germ. kurtz/ Pers. *Naaf*, Sax. Navel/ Pers. *Mes*, Germ. Messing/ Pers. *Henc*, Germ. Hencker/ Pers. *Morden*, Germ. Morden/ Pers. *Deriden*, Sax. teryten/ Pers. *Ander*, Germ. Under/&c. Plura collegisse dicitur *Joh. Elichmannus*. Conf. qvoq; J. Lipsius *Epist. Cent. 3. Ep. 44.* Joh. Gravius *Elem. lingv. Pers. p. 90.* Adam Olearius *Hodæp. Pers. l. 5. c. 24. p. 614.* & Bochartus agnoscit tot exempla à doctis congesta esse, ut vel invito fidem extorqveant. Certè qvicqvid dixeris, seu Persas à Germanis seu Germanos à Persis talia accepisse, magnum tibi impones probandi onus. Marcus Zuerius Boxhornius *Præf. in Curt.* & cum eo Br. Waltonus *Prol. 16. n. 4.* existimant & Persas & Germanos à Scythis esse oriundos & ex communi istâ origine tantam esse lingvarum cognationem. Eadem mens Salmasii *in Tab. Cebetis Præf.* Verùm si supponatur Germanorum è Scythis origo, potius concederemus ductas Scytharum in Persiam colonias vel irruptiones factas, qvàm ut Persicam gentem à Scythicâ derivemus totam, cùm illius conditor primus fuerit *Elam*, ut cum SSâ Josephus *Antiqv. l. 1. c. 7.* innuit. Et voces Persicæ cum Germanicis convenientes respectu earum qvæ dissonant, numerum non faciunt. Qvin & cum aliis lingvis nonnulla communia habet Persica. E. g. cum Latinâ Pers. *Pader*, Pater: *Mader*, Mater: *Sina*, Sinus: *Arc*, Arx: *Gjicar*, jecur: *para*, pars, &c. cum Græcâ Pers. *Taus*, ταὼς: cum Italicâ Pers. *Meskin*, Mesqvino: cum Hungaricâ Pers. *Bare*, baran &c.

Qv. XV.

Qvem usum habeat lingva Turcica?

Resp. Exiguum sane in Theologiâ vel Philologiâ sacrâ: in Politicis

liticis non contemnendum. Crebrò nobis cum portâ Ofmannicâ res eſt: illic opus lingvæ Turcicæ notitiâ. Et qvam ſæpe in ore Chriſtianis ipſis iſtæ voces: *Sultan*, Imperator; *Vezir azim* ſ. *Primo Vezir* ſ. *Grand Vezir*, Princeps Præfectorum; *Aga* Tribunus; *Beglerbeg*, Dominus ſ. Gubernator; *Baſſa* dux; *Ali-Baſſa* ſupremus dux; *Chiaus*, nobilis; *Spahi*, eqves; *Janitſchar*, præſidiarius miles; *Mufti* Pontifex, *Difterdar*, Piſcalis; *Ris-kitab*, Vice Cancellarius &c. Interim ut & de religione & ritibus Turcarum judicium fieri poſſit, aliqva Turcicæ lingvæ notitiâ opus eſt. SSa verò num hodie Turcicè extet dubitamus, & ſi extet, num inſignis inde ſperari poſſit uſus. Certè Turcæ ne Alcoranum qvidem vertunt: Chriſtiani verò ſub jugo Turcico gementes, in ſacris aliâ fermè lingvâ utuntur, Syriacâ, Arabicâ, Ibericâ Græcâ vel Armenicâ &c. Refert tn. Thuanus *l. 36. Joh. Ungnadium* verſionem qvandam Turcicam curaſſe & V. T. Judæi Taurici Turcicè legere dicuntur. Adminicula aliàs & hanc lingvam addiſcendi non deſunt. Grammaticam ediderunt *Franciſcus Maria Maggius* & *Petrus della Valle* Romæ, *Franc. Rivola* & *Andreas du Ryer* Pariſ. *Hieronymus Megiſerus* Lipſiæ An. 1612. qvi & Lexicon parvum ſubjunxit, cui multis modis præferendum Lexicon Italico-Turcicum & Turcico-Italicum *Joh. Molini Itali* ed. Romæ An. 1649. in 8. Textum Grammaticæ ſubjunxit *Ryerus* & centurias duas Proverbiorum *Megiſerus*, ut alia jam omittamus.

Qv. XVI.

Qvem uſum habeat lingva Armenica?

Reſp. Videtur non plane carere omni uſu 1. in explicatione SSæ, qvia totam SSam Armenicè verſam reperiri in bibliotheca Vaticanâ teſtatur Kircherus *Prodr. Copt. c. 5. p. 129.* cujus authorem eſſe Chryſoſtomum aſſertio Rocchæ eſt. Qvicqvid ſit: ut ut verſio iſta ad SSæ intelligentiam parum conferret, tamen expoſitionem textus Armenis uſitatam inde perſpiceremus. 2. In hiſtoriâ Eccleſiaſticâ. Cùm initio fidem Chriſtianam Armeni percepiſſent, Patriarchæ Conſtantinopolitano ſuberant. Poſtqvam autem impietas Muhammedana inundaret orientem & Saracenorum victoriæ Eccleſiarum ordinem & ſubordinationem Epiſcoporum dirupiſſent,

Armeni se ab ejus jurisdictione subduxerunt & Patriarchas duos sibi erexerunt, qvos Catholicos vocant, unum in Armeniâ majori, alterum in minori, qvi sub se multos habent Episcopos, utriusqve verò jurisdictionem terminat fluens intermedius Euphrates. Constantinopolitanæ etiam Ecclesiæ non tantùm jurisdictionem sed & communionem abjecerunt, receptâ Eutychis hæresi cum Jacobitis in Syriâ; cui tamen hodie renunciasse videntur, ut ex eorum confessione Patriarchæ Constantinopolitano missâ constat. In Liturgiis verò & ceremoniis præ omnibus Orientis sectis Ecclesiæ Latinæ propiùs accedunt, cui etiam reconciliati erant unà cum Græcis in Concilio Florentino, ut ex actis concilii patet. Ex omnibus etiam Christianis sub Imperio Turcico, indultis & privilegiis maximis fruuntur vi diplomatis sub ipsâ Muhamedis manu ipsis olim cõcessi, ut ipsi adserunt. Ita Waltonus *Diss. de ling. Orient. p. 156.* Conf. etiam Hotting. *Histor. & Topogr. Eccles. p. 61 & Fasc. Disp. p. 179.* Qvod ad eorum lingvam, *Stephanus* vult Armenos esse genere Phryges & horum lingvam in multis imitari. *Strabo* autem ait gentem Armenorum, Syrorum & Arabum multum præ se ferre cognationis, dialecto, vitâ & corporum formâ. *Waltonus* putat ex Syriâ & Phrygia Armenicam conflatam esse tertiam. *Postellus* verò vult lingvam vulgarem Armenorum omninò Turcicam esse: id qvod de literali, qvam vocant, concedendum tamen non est. Sed nec ex Phrygicâ & Syriacâ conflata videtur Armenica. Phrygiam lingvam hodie ignoramus: Syriacæ paucissima in Armenica deprehendimus vestigia. Porro lingvæ literalis Armenicæ Institutiones Grammaticas & Logicas cum Lexico Scholastico edidit *D. Clemens Galanus* Romæ An. 1645. Parisiis seorsim prodiit *Franc. Kivolæ* civis Mediolanensis Grammatica Armenica & Dictionarium Armeno-Latinum A. 1633. ibidem An. 1634. edita est Catechesis Pontificia à *Petro Paulo* Armeno translata: & Romæ Psalterium Armenicum in f. 8vâ.

Qv. XVII.

Qvem lingvæ Ægyptiaca habeat usum?

Resp. Non contemnendum sanè 1. ob explicationem vocum Ægyptiacarum in textu sacro occurrentium. De qvibusdam res cer-

certa. E. g. פרעה/ רחב/ צפנת פענח ῥεμφὰν &c. De aliis lis sub judice E. g. משה/ טוטפת/ סהר/ כנה/ מן/ אבנך &c. Conf. Kircherus *in Prodr. & Compl. Thes. Coptic.* Mayerus *Ph. S. P. 1.* Bochartus *Phaleg. l. 1. c. 15.* Joh. Viccars *Decapl. Ps. 105.* Hotting. *Smegm. p. 90.* 2. ob historiam regum & rituum Ægyptiacorum, qvæ faculam præfert aliqvot SSæ locis. Conf. Athan. Kircheri *Oedip. Ægypt. Synt. I. & III.* 3. ob versionem totius SSæ, sed huc usqve ἀνέκδοτον. 4. ob historiam Ecclesiasticam. Nam hodienum in Ægypto supersunt Christiani *Coptitæ* dicti à *Copto* metropoli Thebaidos, de qvibus conf. Ath. Kircherus *Prodr. Copt.* Morinus *Comm. de sacr. Ord. p. 505.* Hotting. *Topogr. Eccles. p. 55.* & alii. Ut jam nihil dicamus de tot sapientiæ monumentis sub hieroglyphicis latentibus à Kirchero in Oedipo Ægyptiaco erutis. Viam ad hujus lingvæ notitiam monstravit Athanasius Kircherus. Hic ex qvatuor celebribus Coptitarum Grammaticis (qvi vocantur *Elsamenudus, Aben Kateb Keisar, Abul Fragi Eben Assel & Aben Dahir*) duos priores cum versione suâ in lingvâ Coptâ-restitutâ recensuit. Idem primitias lingvæ Coptæ s. compendium Grammaticæ subjunxit Prodromo. Lexicon verò cui nomen *Scala magna* & Nomenclatorem in lingvâ Coptâ restitutâ exhibuit. Plura suppeditabit Oedipus Ægypt. Kircheri, vastum opus tribus tomis editum Romæ An. 1652.

Qv. XVIII.

An lingva hodierna Coptica sit Pharaonica?

Resp. *Essentialiter* esse eandem vel inde patet, qvod pleraqve nomina ex antiqva illa Ægyptia Pharaonica desumta ex hac Coptica satis commmodè explicari qveant, uti ostendit Kircheri Oedipus. *Accidentaliter* autem utiqve est diversa, nam successu temporis corrupta fuit & Græcæ admisitco ntagium, unde hodie qvasi Semi-Græca est & *Copto-Græca* fortè dici posset. Qvod enim Kircherus in Prodromo Copto lingvam Græcam ab Ægyptia s. Copta fluxisse asserit, refutatione non eget, cum ipse à Viris Doctis monitus & rei evidentia convictus, errorem hunc revocârit *Lingv. Copt. restit. p. 507.* Interim falsa non minus est sententia *Joh. Steph. Rittangelii*, qvi, paræneſi præmissâ collectis Nov. anni à se Germa-

nicè editis, lingvam hodiernam Coptam ait esse Græcam corruptam. Agit hanc causam contra Kircherum cum qvadam animi impotentia, & tamen hoc unico nititur fundamento, qvod omnes lingvæ Orientales scribantur siniſtrorsum, nulla dextrorsum. Sic ait *P.e.3.* Wo ist jemahls in der gantzen Welt erhöret worden/ daß ausserhalb Europa und der Christenheit in gantzen Oriente oder Asia, einiges Volck oder Nation solte gefunden worden seyn/die eine Schrifft von der Lincken zur Rechten geführet hätte? gehet alle Historicos und secula durch von der Zeit/ da Egypten und gantz Orient von Menschen bewohnet worden ist biß auff diesen heutigen Tag/&c. sed tumultuatur Rittangelius in re plana,& suam prostituit ignorantiam, dum de iis judicare præsumit,qvæ cum ignarisimis ignorat. Ægyptios olim habuisse alias literas, præsertim Hieroglyphicas, nullus negat homo. Potest tamen mutatis literis eadem lingva manere. Sed & illud oppidò falsum est,omnes orientales siniſtrorsum scribere. Nam *Armenos*, *Iberos* & *Abyssinos* literas suas ad dextram ducere norunt eruditi, sed ignoravit Rittangelius, aliàs certè non usus istâ parrhesia. Imò & *Georgiani*,sicut & *Russi*,maximam|partem Græcis utuntur elementis,nec tamen propterea eorum lingva corrupta Græca est. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Qv. XIX.

Qvem usum habeat lingva Iberica?

Resp. Vix memorandum. Scriptura eqvidem extat Ibericè versa : sed propter versionem solam vix addiscenda videtur peregrina lingva, cum sat versionum nobis domi sit. Interim & Christiani sunt inter Iberos, dicti *Georgiani*, à *S.Georgio*, juxta plerosqve, qvod eum venerentur ceu primum Evangelistam suum. Horum statum, religionem, mores explorare, piæ curiositatis esset. Ad *Melkitas* aliàs proximè accedere dicuntur. Conf. Hottingerus *Topogr.Eccles.p.35.* Rauvvolf. *Itin.l.3.c.13.* Svveiggerus *Itin. l.2.c.18.* Lingvam ipsorum inter Tataricam & Armenicam mediam esse ait Ang. Roccha à Cam. *Bibl.Vatic.p.311.* id qvod jam ante eum observârat πολύγλωττος Gr. *Postellus*, qvi & addit in sacris eos Græcâ uti.

uti. Hoc nobis compertum non est, certum tamen characteres ex Græcis maximam partem ortos esse. Grammaticam hujus lingvæ Romæ vulgavit *Franciscus Maria Maggius*, qvem adeat, cui volupe est.

Qv. XX.

Qvem usum habeat lingva Chinaica?

Resp. Hanc lingvam qvi ob sacri textus exegesin disceret, similis esset *demittenti se in profundum maris & extrahenti concham ex ea*, ut loqvuntur Ebræi. Minori certè labore vel saltem molestia addisceret præcedentes lingvas omnes, qvàm hanc vel legeret. Literæ enim Chinensium similiores sunt Hieroglyphicis Ægyptiorum, qvàm nostris. Singulas qvippe voces singulosqve articulatos sonos peculiaribus exprimunt characteribus, qvibus ferè conferre possemus zifras nostras vel notas signorum zodiaci & planetarum vel notas Medicorum & Chymicorum. Habent verò propemodum infinitos characteres: nemo qvippe adhuc eorum certum iniit numerum. Joh. Alb. de Mandelsloo *Itin. p. 137.* computat 60000. Aliis sunt 80000. Alii etiam 120000. numerant; qvi explicantur in peculiari vocabulario, qvod *Halpien* s. Oceanum vocant. In iis addiscendis præcipuam vitæ partem terunt, qvanqvam ad communem usum inter artifices, mercatores, aliosqve de plebe 8000. vel 10000. sufficiant. Id magis mirum & difficultatem lingvæ valde auget, qvod characteribus adeò luxuriantes vix tamen ultra 1228. eaqve ferè monosyllabica habeant vocabula. Hinc magna laborat Idioma eorum homonymia, ut una vox qvandoqve viginti vel triginta diversissimas sustineat significationes, qvæ pronunciatione distingvuntur. Diversam istam pronunciationem Jesuitæ, qvi ad Chinenses fidei propagandæ causâ mittuntur, notulis qvibusdam indicant. E. g. yâ *Deus*, yā *Murus*, yà *Excellens*, yá *Stupor*, yă *anser*. Videantur Lexica, qvæ Jesuitæ Latinis literis nuper evulgârunt. Plura suppeditabunt rerum Chinensium scriptores *Avarez Semedo*, *Simonetta*, *Triga ultius*, *Mart. Martinius*, *Theoph. Spizelius*, nec non Golius *Add. ad Atlant. p. 9. 12.* Kircherus *Prodr. Copt. p. 52. seq. & Oedip. T. III. p. 10.* Hottingerus *Topogr. Eccles. p. 81.*

p.81. Waltonus *Proleg. 2. n. 14. f.* Mandelsloo *l. c.* &c. Tantundem ferè ad SSæ expositionem conferet Japonica, cujus Grammaticam edidit Didacus Collado, Indica, &c. qvanqvam ad fidei propagationem & communicationem artium facere qveant, id qvod intendit Chr. Ravius *Orth. & Anal. Ebr.* Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτων. Afferat plura, qvi potest, nobis hic figendus terminus.

DEO GLORIA:
ERRORIBUS VENIA.

I. N. J. C.

SYNOPSEOS SELECTIORUM E PHILOLOGIA SACRA QVÆSTIONUM

PARS PRIMA,

Cujus

DISPUTATIONEM TERTIAM

De

LITERATURA EBRÆORUM

PRIOREM,

PRÆS. M. AUGUSTO Pfeiffern/

Lavvenb. Saxone, Fac. Phil. Adjuncto.

Publicæ συζητήσει sistit

SAMUEL FISCHER, Berensteina-Misnicus.

In Aud. Maj. ad d. 6. Octob. Hor. matut.

הקדמה:

EGresi nuper è vestibulo, jam, Deo duce, ad ipsa Philologiæ adyta nos conferemus, & auspicia à controversiis Grammaticis capiemus, quò sic à parvis ad majora eò facilior feliciorq; sit progressus. Ea fortè opera si delicatioribus ingeniis abjecta nimis atque tricosa, vel parum ad salutem Germaniæ conferre videatur, toleremus nos invicem. Oportet certè Grammaticale bellum, quod per contemtum vocant, non prorsus de lana caprina esse, cum gravissimus olim Theologus judicârit Theologiam nostram esse Grammaticam. Facessant ergò illi, qui hodiéque *Joh. Dullardo* docti discipuli Lud. Vivis inepto Præceptori aures snbstringere malunt, cujus hoc olim aureolum erat: *Quantò eris melior Grammaticus, tantò pejor Philosophus & Theologus.* Si enim modò numerárent Grammaticomastiges illi παρεργήματα, quæ ex Grammaticæ neglectu quandoque admiserunt Viri πολλῶν αὐτάξιοι ἄλλων, concederent grammaticis faciliùs aliquem in Rep. literaria locum. Sed auribus obturatis prætervecti illorum voces nos nostrum persequimur institutum & controversiarum, quæ in Grammatica Ebræa occurrunt, summa perstringere capita aggredimur. Facilè quippe transiliremus limites, quos nobis ipsi fiximus, si omnia resecare ad

vivum & quævis ſuſcitare litigia velſemus. Veruntamen ne ullâ in re, quantum in nobis eſt, φιλογλώσσοις deſimus, hic in frontiſpicio brevem eorum texemus catalogum, qui lingvæ ſanctæ ſtudioſis neceſſaria ſuppeditârunt ſubſidia, ut, licet ſitibundis aquam non præſtemus ipſi, oſtendamus tamen fontes, unde haurire pro re nata licear. Sed & hic delectu opus eſſe videmus, cum lingva Ebræa tot doctores fermè quot diſcipulos nacta ſit, ut nimis tædioſum foret recenſere omnes. Eorum tamen qui famam meruerunt, neminem ſcientes præteribimus. Ut verò Ebræos *Davidem & Moſem Kimchios*, *Eliam Lev. Abr. Balmeſium* &c. non commemoremus, faciunt tot doctorum Chriſtianorum monumenta, ex quibus nobis innotuerunt *J. H. Alſtedii* Gramm. Ebr. in Encyclop. *Sixt. Amamæ* G. E. Martinio-Buxtorfiana, & Tract. de recta lectione, *Joh. Avenarii* G.E. *Joh. Baldovii* Medulla Buxtorfio-Erpenio-Troſtiana, *Rob. Bellarmini* Inſt. L. E. quas centũ & viginti erroribus fœcundas ſtrigili excepit. *M. Abr. Gibelius*, *Bon. C. Bertrami* Comp. G.E. & Aram. *Blancuccii* Inſtit. in L.E. *Joh. Bohemi* G.E. (perpetuis diſpoſita dichotomiis) *Sam. Bohlii* Tabb. G.E. *Joh. Buxtorfii* Theſaurus Gr. *Ant. Rod. Cevallerii* Rud. L. E. quæ notis illuſtravit *Petrus Cevallerius*, *Joh. Glaji* G.E. *Nic. Clenardi* Tabb. in G.E. *Henr. à Dieſt* G.E. *Lud. de Dieu* Gra. lingg. Or. *J. M. Dilherri* Atriũ & Periſtylium L.S. *J. Druſii* Opuſcula Gr. *Th. Erpenii* G.E. generalis, *Wolfg. Fabritii Capitonis* Inſt. *Sal. Glaſſii* Inſt. G.E & Grammatica ſacra, *Men. Hanekenii* G.E. *Havenrefferi* Revelator punctor. *Chr. Helvici* Comp. Inſtit. L. E. *J. H. Hottingeri* Erotemata L.S. & Gramm. Harm. *Joh. Iſaaci Levitæ*, ex Judæo Chriſtiani, G.E. *Georgii Mayr* G. E. *Marci Marini* G. E. *Petri Martinii* G. E. (quam animadverſionibus illuſtravit *Guil. Coddæus*) & Technologia, *Joh. Mehlführeri* Inſtit. G. E. *Seb. Munſteri* Inſtit. Elementalis & opus Gramm. ex Elia Levita, *Mich. Neandri* Erotemata L.S. *Santis Pagnini* Inſtit. Ebr. ex Kimchii Michlol, *Piſtorii* G. E. *Raphelengii* G. E. in App. Op. Reg. H. *Chr. Ravii* Orthogr. & Analogia Ebr. *Joh. Reuchlini* (grammatici inter Chriſtianos primi) Rudim. Ebr. ed. Phorcæ A. 1506. *Pauli Röſſelii* Canones Ebr. *W. Schickardi* Tabb. Horol. & Inſtit. Gr. quas auctiores collataſve cum aliis lingg. Or. edidit *J. Ern. Gerhardus*, *Joh. Ad. Scherzeri* Nucleus omnium Gr. *Andr. Sennerti* Gr. Univerſalis, *Val. Schindleri* Inſtit. L. E. l. 6. *Martini Troſtii* Gr. generalis, *Waigenmajeri* Tabb. Ebr. aur. *Mich. Waltheri* Gr. L. S.

Caſp.

Casp. Waseri G. E. & *Matth. Wasmuthi* nupertima in Ebraismo, quem vocat, restituto. At quotusquisque ea est patientia, ut plerosque evolvat, nedum omnes? & methodi diversitas profectui discentium officit potius; unde consultius est unam eligere Grammaticam, cui dicas: Tu mihi sola places. Si nobis arbitris res decidenda esset, præferremus cæteris Universalem Trostio-Sennertianam: huic enim, sive dexteritatem methodi sive certitudinem regularum sive perfectionem artis spectes, quæ ex enumeratis jure anteponi queat, salvâ cujusque immortali famâ, non videmus. Et vel hoc nomine nobis commendanda videtur, quod nostra qualiacunq; in Ebraismo principia illi gratâ mente accepta feramus. Conferri autem utiliter poterit ob exemplorum copiam Thesaurus Buxtorfianus & propter specialiores anomalias Coronis Sixtini Amamæ, vel pars tertia Avenarii, vel liber sextus Schindleri, vel denique Auctarium Instit. Glassii. Neque negligendæ lingvæ sanctæ studioso illi sunt authores, qui idiotismos diligentiùs exposuerunt, quales *Flacius* in Parte secunda Clavis SS. *Ar. Montanus* de famil. idiotismis lingv. Ebr. in App. Op. H. *Abdias Prætorius* de phrasibus Ebræis, *Franc. Junius* l. 3. Gramm. & in notis Bibl. *Sixt. Amama* de reg. textualibus, *Buxtorfius* l. 2. Thesauri, *Glassius* in Philol. sacrâ, *Brianus Waltonus* App. Op. Angl. de Idiotism. & cumprimis Excell. Dn. *Sennertus* noster in selectissima centuria Canon. de Idiotismis Orientalium lingvarum. Sed & Lexicographos desiderabit φιλόγλωττος; dabimus ergò & tales. Ut Ebræos prætereamus, celebria sunt *D. Joh. Forsteri* Dictionarium Ebr. *Val. Schindleri* Lexicon Pentaglotton, *Avenarii* Dictionar. Ebr. *Marci Marini* Arca Noæ S. Thesaurus L. S. *Santis Pagnini* Thes. L. S. commendatissimus, auctior editus opera *Merceri, Cevallerii & Bertrami* A. 1575. Lugd. & A. 1614. Colon. *Joh. Buxtorfii* Lexicon Biblicum, *Plantavitii* Lodov. Episc. Thesaurus Synon. Hebr. Chald. *Antonii Hülsii* Nomenclator Biblicus Hebræo-Latinus Bredæ A. 1650. Ad Psalmos Davidicos speciatim accommodata *Scheræi* Itinerarium in Psalt. Davidis, *Victorini Bythneri* Lyra Proph. David. Lond. 1650. *Pauli Tossani* Syllabus Diction. Psalt. *Henrici Vulpii* Nomenclator Davidicus &c. Ex his ergò abundè peti poterunt, quæ à nobis vel studio vel præter spem omissa. Nec prolixam adeò texemus jam apologiam, cur quæstiones Grammaticas

lingvæ vel Chaldaicæ vel Græcæ in præsenti non expediverimus. Nam Chaldaismus sacer & arctis concluditur cancellis & plerasque controversias technicas cum Ebraismo communes habet. Si quæ tamen à nobis immeritò prætereuntur, ex Grammaticis *Munstero, Tremellio, Buxtorfio, P. Martinio, Joh. Mercero, A. Mylio, L. de Dieu, Bertramo, Amira, Sennerto, J. Casp. Mirycæo*, restitui possunt, quibus *Buxtorfiorum* Lexica accedunt. Quæ verò circa Hellenismum haud intempestivè moveri poterant E. g. de nova methodo Grammaticæ, quam indicârat *Laur. Rhodomannus*, sed perfecit ὁ μακαρίτης *D. Jac. Wellerus*; de lingvæ Græcę pronunciatione, de qua egerunt *Joh. Checus, Er. Roterodamus, Gretserus, Sylburgius, Lipsio, Scapula, Metkerkius* & alii; de dialectis N. T. quas exposuerũt *Casp. Wysius* & *Georg. Pasor*; de stylo N. T. & illic de personatis Hellenistis & Hellenistica, de quibus conf. Viri Incomparabilis CL. *Salmasii* Comm. de Hellenistica, lingvæ Hellenisticæ funus & ossilegium, *Joh. Croji* Observ. sacræ Heinsio oppositæ &c. simulque de decantatis N. T. Ebraismis, quos contra *Seb. Pfochenium* asseruit *Th. Gatakerus* eorúmque prolixum sub Philologiæ sacræ nomine texuit catalogum *Joh. Vorstius* &c. quæ hac vice à nobis non tanguntur, commodiori servantur occasioni vel relinqvuntur iis, quibus ad talia plus animi, ingenii, otii & juris est. *In magna sylva boni venatoris est, feras quamplurimas capere; nec cuiquam culpæ fuit, non omnes cepisse*, rectè ait Columella. Et nemo reprehensus est, qui dixit, quæ debuit, licet nec omnia posset, nec omnia quæ posset.

THEOREMATA.

„ I. Lingvæ cujusvis necessaria adminicula sunt *Grammatica & Lexicon*. Hoc voces ipsas earúmque origines & significationes sistit; „ illa earum inflexionem & formationem per sua noëmata secunda „ exponit.

„ II. Occupatur Grammatica vel circa literas vel circa voces singulas vel circa voces junctas & phrases, unde quibusdam placet „ ejus τριχοτομία in *Orthographiam, Etymologiam* & *Syntaxin*, aliis „ διχοτομία in *Etymologiam* & *Syntaxin*, ita ut illa, considerans quippe „ voces non modò formaliter, sed etiam ratione principiorum, „ Orthographiam & Prosodiam complectatur.

„ III. *Orthographia* consonas & vocales ut & notulas quasdam non

„non vocales ad lectionem scriptionemve instituendam proponit.
„Illas quidem πρὸς τὸ εἶναι, has πρὸς τὸ εὖ εἶναι.
„ IV. *Prosodia* tradit doctrinam accentuum & ex hodiernâ Ju
„dæorum praxi diversam quantitatem syllabarum ordinat ad metrũ
„ V. Accentus vel est *Tonicus* vel *Euphonicus* vel *Syntacticus*.

QVÆSTIONES.

Qv. I.

An Adamus primus literas invenerit?

Resp. Nil dicemus de Plinio æternum literarum usum Hist. N. l. 7. c. 56. asserente: sed an ipse Adamus jam suo tempore literas habuerit sive à se inventas sive à Deo traditas, de eo quæritur. Asserunt id Suidas *in voce Adam* Theod. Bibliander *de comm. nat. lingv. p. 43.* Guil. Postellus *de Origg. c. 6. & de orig. Hetruriæ p. 113.* Flacius *Cl. Script. P. II. tr. 6. p. 644.* Marcus Marinus *Præf. in arcam Noæ*, Alstedius *Thes. Chronol. p. 243.* Jac. Boulduc *de Eccles. ante Mosen l. 1. c. 1.* Ang. Roccha à Camerino *Bibl. Vatic. p. 80.* Mallinckrot *de Nat. Litt. c. 2.* Bangius *in cælo orient. Exerc. 1. quæst. 3.* Br. Waltonus *prol. 2. n. 7.* & complures alii. Horum sententiam nos quidem non improbamus, interim cùm non planè certum sit, nec ab ullo invictè probatum, usum literarum ante diluvium fuisse; mallemus τὸ ἐπέχειν eligere. Nam nec satis evidens hujus rei documentum præbent columnæ à Josepho *Antiquit. l. 1. c. 3.* decantatæ, cùm à multis νόθειαι postulentur: nec scriptum Enochæum, cùm à multis, an ullum extiterit, non absre dubitetur: quod dicatur quidē Enoch in ep. Judæ prophetasse, ast λόγων non γράφων. Nec est, quod urgeant Adamum tantam vitæ usuram non frustra exegisse & alias quoque artes invenisse: nam rerum inventio negotium ipsi facessebat & literarum defectum compensabat μακροβιότης illa in eum finem à Deo Patriarchis concessa ut cum vero Dei cultu cætera abs se inventa τέκνα πρὸς τέκνα ad posteros propagarent. Sed dissentiant hîc per nos alii: Suspecta tamen meritò sunt alphabeta Patriarchalia à quibusdam in apricum producta, ut Adami, à Theseo Ambrosio *Introd. in varias ling. p. 202. s.* Jac. Bonav. Hephurno, Scoto, *in aureâ virgâ:* Ang. Roccha à Cam. *in Bibl. Vatic. p. 79.* Claudio Dureto *in Thresor des Langves*, & Laur. Schradero *in monumentis Italiæ*; Henochi, ab August. Pantheo Ven. *in Voarchdumiâ p. 15.* Dureto & Hephurno: Noachi, ab Hephurno:

Sethi à Roccha & Schradero: contra quos satis prolixè egit Thomas Bangius *l. c. Exerc. 2. conf.* Scaliger *l. 4. Epist. p. 444.* & alii. Cæterùm quænam literæ primitùs inventæ sint, nùm Ægyptiacæ juxta Kircherum *Oed. Ægypt. tom. 3. diatr. 3. præluf.* num Chinensium, juxta ipsos: num Gothicæ, juxta Salicæum Archiepiscopum Toletanum: an aliæ, jam non disquiremus. Statuemus tamen primas fuisse Ebræas, usque dum probetur contrarium.

Qv. II.

Quid habendum sit de literis Angelicis?

Resp. M. Joh. Gaffarellus in libro cui titulus *Curiositez inouyes* i. e. *de curiositatibus inauditis*, prævio Corn. Agrippa *de occultâ philos. l. 3. c. 30.* asserere conatus est, characteres inter sidera figuratos instar schematismorum Astrologicorum, quorum beneficio mira ab angelis legantur, & à nobis legi possint: quorsum violentissimè rapuit nonnulla SScripturæ loca, ut *Gen. 1. v. 1.* ubi legit אֶרֶץ הַשָּׁמַיִם literas cœli. *Gen. 1. v. 14.* ubi לְאֹתֹת exponit: in literas. *Psal. 19. v. 5.* ubi per קָוָם intelligit ductus literarum cœlestium, & *Esa. 34. v. 4.* cum cœli complicandi dicantur כְּסֵפֶר, concludit à libro ad literas. Sed breviter respondemus *ad I. & II.* אוֹת in Scripturâ nunquam notare literam, monemusq; in priori loco legi אֹת in posteriori אוֹתוֹת cum tamen Rabbini literas in plurali vocent אוֹתִיּוֹת: *Ad III.* lineam illic l. pro amplissimè expansa lineari structura l. impropriè sumi, nec tamen omnem lineam inferre statim literam. *Ad IV.* confundi ταυτότητα cum ἰσότητι. Sed fusissime omnium ad levissima hominis argumenta respondit Thomas Bangius *exerc. 2. à p. 140. ad 208.*

Qv. III.

An possit excogitari character Catholicus?

Resp. Curiosa quæstio est. Nec à nobis moveretur, nisi mota fuisset à Gerh. t. Vossio *de Arte Gramm. l. 1. c. 4.* & Br. Waltono *Proleg. 2. n. 22.* Existimant autem illi possibile esse, ut humana industria effingat certas figuras, quarum beneficio αὐθέντως res ipsæ earumve conceptus nobis sistantur, per quas itidem se mutuò intelligere possent omnes hujus universi incolæ, utut diversissimis usi lingvis. In subsidium autem vocant partim notas s. Ciphras Arithmeticas, quas Germanicè, Anglicè, Gallicè, Italicè, Hispanicè, Latinève scribentes tamen

tamen suo modo quique legunt. Sic pro 1, 2, 3, 4, 5, Germanus legit: Ein/ zwey/ drey/ vier/ fünff/ Anglus: *One, two, three, foure, five,* Gallus: *Un, deux, trois, quatre, cinq*, Italus: *Uno, due, tre, quattro, cinque*, Hisp. *Uno, dos, tres, &c.* tum notas planetarum & duodecim signorum zodiaci, pluréſque alias Mathematicis, Medicis & Chymicis usitatas. Cum enim in illis res succesſerit, non absurdum putant in reliquis consentiri posse, ut E.g. characterem ☞ Latinus vocet *manum*, Germanus Hand/ Græcus χεῖρα, &c. vel aliam, de qua consensum esset, Latinus *agnum*, Gallus *Aigneau*, Hispanus *Cordero*, Hungarus *Barany*, &c. Deinde accersunt Chinensium literas, quæ in amplisſimo Chinarum regno eædem sunt, & tamen ab hominibus 20. circiter lingvarum, pariter legi & intelligi queunt. Sed quicquid de quæstione sit, vellemus sane ut qui consilium dederunt, auxilium tulisſent: nam talia optantur faciliùs, quàm impetrantur.

Qv. IV.

Quis scribendi modus naturæ sit convenientisſimus?

Resp. Numerant nonnulli quinque diversos scribendi aut literas coordinandi modos. Nam Europæi & unà cum ipsis Armeni, Georgiani, Abysſini atq; Coptitæ literas ducunt à siniſtra versus dextram. Contra Ebræi, Chaldæi, Syri, Arabes, Persæ, Turcæ aliive siniſtrorsum scribunt & legunt. Utrumque modum antehac conjunxerunt, ceu refert Sam. Bochartus, Phœnices atque Græci, scribentes βουστροφηδὸν i.e. *more boum* sulcos ducentium: incipiendo sc. secundam, ubi desinebat prima. Chinenses porrò deorsum scribunt, ut ipsa ἀντίψια quarundam chartarum nos docuit. Idem verò apud Indos orientales obtinere affirmat Gerh. J. Vosſius ex Joh. Franc. Poggio Florentino *lib. de varietate fort.* & Diodorus Siculus *l. 2. c. 57.* Taprobanæ insulæ incolas à vertice ad inferiora lineâ rectâ scripsisſe narrat. *Tapocon* id scripturæ genus vocasse Græcos Festus ait Conf. Vosſius *l. 1. Gr. c. 34.* Waltonus *Prol. 2. n. 16.* Gramm. Giessenſ. *p. 6.* Syros Maroniras deorsum scribere, sed siniſtrorsum legere comperimus. Insularum tandem fortunatarum incolas deorsum & sursum alternis vicibus scribere authores referunt. Sed de modis scribendi oppositis Orientalium & Europæorum cumprimis disceptari solet, uter naturæ sit convenientior. Pro hoc contra morem Ebræum scribendi pugnant Jul. C. Scaliger *de causis L. L. c. 46.* Ang. Roccha *à*

Cam.

Cam. p. 80. J. G. Becanus *Hieroglyph. p. 45.* Br. Waltonus *Prol 2. n. 15.* qui hoc cũprimis venditant pro certissimo argumento, ipsos Ebræos inter scribendum literarum virgulas & lineas directas aut transversas à sinistra inchoatas in dextram desinentes terminare. Quæ ergò partis sit ratio, eam & totius esse. Sed hæc ratio levicula est. Canon est: *Quod convenit toti, convenit partibus*: intelligendus de iis attributis, quæ conveniunt partibus ratione unionis inter se & cum toto. Res alias mali exempli, disputare contra id, cujus Deus autor est. Et quorsum Sarcasmus Becani: Ebræos sinistrorsum scribentes idem facere, *ac si quis eum, qui egreditur è templo, depingeret velut intrantem?* Conf. Sixt. Amama *de recta Lectione p. 6.* B. Walther. *Gramm. Ebr. p. 81.* M. Bohemus *Gramm. p. 2.* &c.

Qv. V.

Quot dentur literæ Ebræorum?

Resp. Esse *viginti & duas* eodem olim, quo hodieque, ordine recensitas, Threni & Psalmi aliquot cumprimis *Ps. 119.* luculentissimè ostendunt. Patres Hieronymus *Prol. Gal.* Origenes, Eusebius *Præp. ev. l. 10.* Isidorus *Orig. l. 3.* Epiphanius *de Mens.* eô ad numerum sacrorum librorum allusum putarunt. Inde tamen malè infert *Campianus* Ebræos numerum literarum pro regulâ canonis habuisse. Qui plures vellent, non observavimus: nisi quod Godscalcus & Casp. Ledeburius *Gr. p. 1.* ex literâ ש *Sin* faciant vigesimam tertiam. Rationes neuter adducit, quæ quenquam moveant. Urgeri tamen posset in speciem 1. ש & שׂ perpetuò significationem variare, quamcunque radicis occupent locum. 2. pro diversis haberi ab Arabibus, Persis & Turcis. Quicquid tamen ejus rei sit & placeat aliis, codex sacer numerum nostrum abundè confirmat. Cæterùm Scaligeri inter *Ain* & *Gain* distinctio purum putum figmentum est, omni fundamento destitutum.

Qv. VI.

An literæ, quibus hodie sacer textus scribitur, sint primigeniæ?

Resp. Decantatissima est hæc inter Philologos controversia, cujus cardo in eo vertitur: Num character Ebræus, quo sacer codex primitus & originaliter scriptus est, hodieque supereret, an verò is ab Esdra sit mutatus & apud Samaritanos forte relictus? Nos, licet videamus in alteram partem gravissimos inclinare viros, in priorem descen-

descendimus tamen sententiam, existimantes, easdem literas, quibus legem Moses, cæteroſque libros ſacros cæteri viri θεόπνευστοι ſcripſerunt, in noſtro codice ſuperare, non verò tranſiiſſe à Judæis ad Samaritanos. Nam 1. tam pertinax eſt indoles Judæorum & nobis utilis curioſitas in minutiſimis minutiis etiam, ut centies mortui eſſent, quam tale quid admiſiſſent. 2. *Matth. 5. v. 18.* ait Salvator ne Jota unum tranſiturum eſſe à lege, haud obſcurè innuens non dari minoré literā. Id optimè cōgruit *Jod* Ebræo, minùs bene Samaritano, quod quaſdam literas magnitudine æquat, quaſdam ſuperat. 3. Idem arguit nomen literæ *Vau*, quæ optimè repræſentat *uncinum*, non autem Vau Samaritanum, cujus figuram *Roccha*, *Blancuccius* aliive diverſimodè exhibent. Nomina autem literarum non heri vel nudius tertius nata eſſe vel ſolum Græcum Alphabetum probat. Conf. Sixt. Amama de *R. L. p. 8.* 4. Confirmant nos literæ finales, imprimis *Mem* clauſum *Eſ. 9. v. 7.* quod plerique myſterio non carere concedunt. At Samaritanum Alphabetum nullum Mem finale agnoſcit. 5. Nec nobis deſunt antiquiſſimorum ſiclorum inſcriptiones. Conf. Waſerus *de nummis l. 2. c. 3.* Et 6. à noſtris partibus magno agmine ſtant Ebræi antiqui & recentiores, quos vide apud Buxt. *de antiq. lit. à p. 171. ad p. 185.* Nec obſtant rationes contrariæ 1. Sicli quidam Davidis & Salomonis tempore Samaritanis literis cuſi. 2. Quod literæ modernæ à Talmudiſtis & aliis Ebræis Aſſyriacæ dicantur. 3. Quod *2. Reg. 17. v. 28. ſ.* Sacerdos Samaritanos legem docuiſſe dicatur; quare Ebræorum literas ad Samaritanos perveniſſe credibile ſit. 4. Quod litera Tau olim habuerit figuram crucis, ut Patres quidam probant ex *Ez. 18.* 5. Cum hodie Ebraica & Chaldaica eodem charactere exarata ſint, vel hic vel illic mutationem literarum ſuſceptam eſſe. 6. Quod *Dan. 1 v. 4.* regii adoleſcentes edocti dicantur literas ac lingvam Chaldæorum. 7. Autoritas tùm Ebræorum, tùm Patrum, tùm Chriſtianorum recentiorum. Sed breviter *Reſp. ad* 1. Siclis Siclos opponi poſſe. Et magna circa Siclos tales impoſtura eſſe poteſt: obtrudi poſſunt fuſi pro cuſis, vel nothi recentioresve pro veris & antiquis. Vel dici poteſt ſiclos iſtos excuſos eſſe literis Ebræorum communibus & civilibus, quos à ſacris diverſos aliquamdiu fuiſſe fuſè ex variis autoribus oſtendit Buxtorfius. *Ad 2.* non dici ita propterea, quod eas Eſdras ab Aſſyriis mutuatus ſit, ſed quod Iſraëlitis

ex Assyriâ s. Babylone reducibus publici & vulgatioris juris atque usus fieri cœperint, cum antea sacris usibus tãtùm adhiberẽtur, unde cum ipsis ex Assyriâ ascendisse in Ebræorum scriptis dicuntur. *Ad 3.* non sequi statim quod legem docuerit sacris Ebræorum literis, sed iis quæ Samaritanis usitatæ erant, quæque ex multorum sententiâ vulgares s. profanæ Ebræorum fuerunt. *Ad 4.* Omnia incerta esse & per ת illic intelligi crucem & Samaritanorum *Thau* crucis figuram habuisse, quamvis Blancuccius aliive id ita pingant fingantve. Sed si vel maximè signum illud ex intentione Spiritûs Sancti ad crucem determinetur, qualis esset consequentia: Litera Thau habuit figuram crucis, quia nomen *Thau (signum)* exponitur de signo crucis? *Ad 5.* Chaldaica in sacro codice charactere Ebraico scripta originaliter esse, ne populus peregrino charactere turbaretur. Sic hodie videmus multos peregrinis lingvis imbutos literaturam tamen earum nescire. *Ad 6.* A pueris illis nõ valere collectionem ad omnes; nec n. qui discit characteres Chaldaicos, cogitur propterea sonorum oblivisci. *Ad 7.* Ad autoritates sufficienter respondet Buxtorfius, cujus scruta jam expilare nolumus. Videantur interim contra adversæ sententiæ patronos P. Galatinum *l. 1. de arc. Cath. V.* Bellarminum *l. 2. de V. D. c. 1. & Inst. Gramm. p. 11.* Ariam Montanum, Sixt. Senensem, Nic. Serarium, Villalpandum *in Ezech. T. 3.* Blancuccium *Inst. Ebr.* Genebrardum *Chronol.* Morinum *Exerc. Sam.* Angelum Roccham à Cam. *Bib. V. p. 88. 89.* P. Ludovicum S. Francisci *Glob. Can. & arc. L. S. c. 1.* Joh. D'Espeires *Tract. 1. de Bibl. Ebr. dub. 1.* Drusium *ad Ex. c. 36.* Jos. Scaligerum *Animadv. ad Euseb. p. 62. & 103. & in epist. ad Thomsonum & Ubertum*, Is. Causabonum *Exerc. ad Baron.* Hug. Grotium *Not. ad l. de V. R. C.* Gerh. J. Vossium *l. 1. de arte Gramm. c. 9. & 31.* Sam. Bochartum *in Phaleg.* Lud. Cappellum *in Arc. Punct. rev.* Casp. Waserum *de numis l. 2. c. 3.* Barth. Mayerum *Phil. S. P. 1. p. 91. 97. s.* Sixtinum Amamam *Antib. Bibl.* Edvv. Brerevvodum *de pond. & numm. SS. c. 1.* Br. Waltonum *Tr. de Siclis p. 36. 37. & Proleg. 3. n. 29. s. & Diss. de ling. Or. p. 28.* aliosque, nostræ sententiæ propugnatores D. Gerhardus *Exeg. p. 129. s.* D. Waltherus *Præf. Gr. art. 2.* D. D. Calovius *Crit. S. p. 325.* Schickardus *Bech. Happ. p. 82. s.* Th. Bangius *Cal. Orient. Exerc. 3.* Fullerus *Misc. l. 4. c. 4.* Fabritius *Part. Cod. Ebr. p. 5. 6.* Crinesius *Babel s. de Confus. LL. p. 19.* Dilherrus *Eclog. p. 10.*

p. 10. Atr. 20. Buxtorfius *Fil. Diss 4. de lit. antiqu.* Hottingerus *exerc. Antimor.* Abr. Gibelius *strigili post. in Inst. Bellarm.* Leusdenius *Phil. Ebr. disp. 11. & 12.* Matt. Wasmuth *Vind. Ebr. p. 35. s.* & alii.

Qv. VII

An ש sit litera irreptitia?

Resp. Ita sentiunt Buxtorfius Pater *Thes. Gr. l. 1. c. 1.* Cappellus *Arc. Punct. Revel.* Mayerus *Phil. sacr. P. 1 p. 14. s.* Sed rectius cum Buxtorfio Fil. *de Antiqu. punctorum p. 234. seq.* quæstio negatur. Nam litera ש ante tempora Masoretharum Tiberiensium vel habuit duplicem sonum vel non. Si habuit: Ergo Sin non irrepsit pro Samech; sed ortum est ex diversâ prolatione ש. Sin minus, cur non Sin ubiq; in Samech, vel Samech in Sin mutatum esset? Tùm Sin atq; Samech in radicibus sæpe variant significationem. Sic סָכַל sign. *infatuavit*, שָׂכַל *erudivit*. Et Trostius ex Balmesio medium ejus sonum inter ש & ס notat.

Qv. VIII.

An litera ח raphata sit per sibilum efferenda?

Resp. Ita efferturà Judæis, Quibus patrocinantur Avenarius, Dan. Svventerus *Disp. de verâ pronunc. literar. & ornt. peculiari de lit.* ח Cl. Buxtorfius *de Antiqu. Punct. p. 230.* & Matth. Wasmuth *Gr. Ebr. p. 2.* Verùm ח à LXX. Interpretibus & Autoribus N. T. constantissimè effertur vel per τ vel per θ: & cùm præterea sat sibilorum lingva Hebraica habeat, cur multiplicemus entia præter necessitatem? Nec obstat *1.* etiam apud Latinos nonnunquam t per duriorem sibilium efferri nimirum ante i sequente vocali *2.* alioqui non satis evidens inter ח dagessatum & raphatum discrimen esse. Sed *Resp. ad 1.* Similia non probare, nec ab orthographiâ Latinâ ad Ebraicam satis bonam esse collectionem. *Ad 2.* à nostrâ ἀδυναμία ad negandam pronunciationis diversitatem N. V. C. Et idem valeret de literâ ר.

Qv. IX.

Quomodo litera Ain sit pronuncianda?

Resp. Difficillimam ejus esse pronunciationem fatentur ultrò Ebræi. *Aben Esra* ait neminem efferre posse, nisi rei huic à primis annis assuetus. Non mirum scilicet homines tanto tractu sejunctos non assequi mutuò suas voces. Nos optimè proferimus literam

caninam, quam tamen exprimere haud valent Chinenſes, dicentes *Fafu* pro *Fagfur*, *Tata* pro *Tatar*, *Malia* pro *Maria* &c. Idemque de Grœnlandis teſtatur *Ad. Olearius*: Toleremus invicem, ſi noſtra organa quaſdam literas aliarum nationum non aſſequantur. Sed lubet conjecturas authorum addere. *Scaliger* inter *Ain* & *Gain* diſtingvens, hoc per g prolatum eſſe exiſtimat, id quod ex LXX. Interpretum praxi legentium עמורה γομόῤῥα, צער σηγώρ, עזה γάζα &c. probat quoque *Cl. Chr. Ravius Orthogr. p. 23.* Alii ipſam figurarum ע & γ cognationem urgent. *Helvicus* per dimidium G, *Schindlerus* per gh ſ. gargariſmum efferri voluit. Aſt diſcriminis inter *Ain* & *Gain* hodie in textu nec vola apparet nec veſtigium. LXX. Interpretes autem non uno modo hanc literam expreſſerunt, modò per γ modò per ſpititum aſperum ſæpe neglexerunt plane ut in בעל βάαλ. Inepti autem Judæi illi qui hanc literam per ſonum mixtum ng ſ. *Ngaf* Turcarum efferunt Eg שמע *Schamang*, יעקב *Jankof* &c. à quâ pronunciatione tamen non abhorruerunt *P. Martinius* & Vir doctiſſimus *in nucleo Gr.* ut & Henr. Dieſtius *p. 2. Gr.* Sixt. Amama v. *de R. L.* vel Μαχείσεως ἕνεκα tolerandam monet. Certè litera gutturalis aliàs ex mixtura lingvalis & palatinæ non oritur. Unde ineptiores inter Chriſtianos qui per *gn.* pronunciant & novam fingunt ejus figuram ex Græco ν & Latino g conflatam. Porro alii *Ain* ſpiritui aſpero Græcorum conferunt & ita exprimendum putant. Ita *Junius, Glaſſius, Buxtorfius* aliique. *Pagninus* per *Ha* exprimit. Sed *Ha* ſyllaba eſt, non litera. Sunt & qui per a, ut *Erpenius* & *Ravius*. Sed a vocalis eſt, *Ain* conſona. Cum ergo veram prolationem ignoremus, non facilè incertam aſſumemus: potiùs ἄΦωνον nobis eſſe fatebimur cum Druſio *Qu. Ebr. c. 3. c. 54. & 83. & Alphab. Vet. p. 16.* Scaligero *ad Euſeb. f. 107.* Exc. Sennerto *Gramm. Univ.*

Qv. X.

Quomodo litera ץ *ſit efferenda?*

Reſp. LXX. Interpretes per ζ ſæpiùs expreſſerunt. Id imitantes ex Chriſtianis nonnulli per z protulerunt. Sed monet Buxtorfius riſui eſſe Judæis Chriſtianos quando in Pſalmis legunt *Mizmor.* Et Paulus Fagius *ad Num. 6.* rectiùs ſcribi ait *Naſaræus* ex נזיר quam

Naza-

Nazaræus. Obtenduntſalii 1. praxin LXX. & autorum N. T. ſcribentium E. g. Ἀζαρίας pro עזריה Ζαχαρίας pro זכריה. 2. paralleliſmum alphabeti Græci. Sed *ad primum* regeri poſſet LXX. & autores N. T. Græcè ſcribentes accommodaſſe ſe ad pronunciationem eorum, quibus ſcribebant. *Ad ſecundum*, inde infirmum duci argumentum. Nam ſequeretur etiam eâdem facilitate ס per ξ vel gutturales per vocales efferendas eſſe. Non ignoramus quidem complures Grammaticorum *Pagninum* puta, *Martinium. Junium, Schindlerum, Erpenium, Bellarminum, Amamam, Neandrum, Clenardum*, &c. ita efferre. Sed opponunt ſe iis cum Ebræis *B. Troſtius, Exc. Sennertus, Buxtorfius, Baldovius, Ravius, Dieſtius, Bohemus*, &c. per ſ lenisſimum pronunciantes.

Qv. XI.

An omnia literarum nomina ſint σημαντικά?

Reſp. Ebræi non per nudos ſonos, ſed voces ut plurimùm σημαντικὰς, literas ſuas exprimere ſolent. Earum rationem tradunt Joſephus *Scaliger Animadv. in Euſ. fol. 103. ſeq. Druſius de Alphabet. Vet. Schindlerus, Bertramus, Cevalerius, Junius, Bellarminus, Keckermannus, Waltherus, Dilherrus, Dieſtius in Grammat. & Martinius in Technologiâ.* In pleriſque res ſatis evidens: ſive enim *Aleph ducem* vertas, quia prima eſt (ut *Thau* i. e. *ſignum* vel *obſignatio*, ultima) ſ. *bovem*, cujus caput cornuave utcunque refert, abs re non divinabis. Sic *Beth* à *domo* dicitur; cujus ſtructuræ præcipuas partes repræſentat, ut ſcilicet in Palæſtinâ erat, tecto plano & parietino fundamento. Sic *Gimel cameli* collum affectat: *Dalet* delineat *portam*: *Vau* refert *uncinum*: *Caph volam* manus: *Pe os* hians: *Schin dentes* primores &c. Appellationes tamen *He, Mem* & quædam aliæ, meræ τεχνικὰ videntur. Nam quæ hîc afferuntur, ſine riſu ægre cogitari poſſunt. Nimium tamen dixit Amama *de R. L. pag. 7.* exceptis novem cæteras ferè nomina τεχνικὰ eſſe.

Qv. XII.

An Alphabetum Ebraicum sit μυστηριώδες?

Resp. Ea est nonnullorum è Patribus sententia. Hieronymus *tom. 4. operum ep. ad Paulam Urbicam de interpretatione alphabeti Ebraici p. 90.* inter cætera ait: Aleph, Beth, Gimel, Dalet *prima connexio est*, doctrina domus plenitudo tabularum, *quod videlicet doctrina Ecclesiæ, quæ domus DEI est, in librorum inveniatur plenitudine divinorum*. He, Vau, Sain, Chet, ista & hæc vita, *Quæ enim alia potest esse vita sine scientiâ scripturarum &c.* Ea & mens ante eum *Eusebii*. His aureis substringere videtur Pagninus *Instit. p. 5.* Sed conferendus hîc est Drusius *in Annot. ad Alphabetum vetus à p. 29. ad 34.* & Martinius *in πεχνολογία p. 87. circa fin. c. 1.* ait: *videri sibi eos in argumento Grammatico θεολογωτέρους fuisse*. Nec enim sub quovis gurgite latet gobius. Vid. & Bangius *cælo orient. exerc. 3. p. 217.*

Qv. XIII.

Quid sibi velint literæ in sacro codice majusculæ, minusculæ, suspensæ? &c.

Resp. In charactere *Merûbba* s. quadrato sacri codicis, literarum quarundam figura vel *ordinariè* variat, idque vel *essentialiter* ut in *finalibus*, vel *accidentaliter* ut in *dilatabilibus*: vel *extraordinariè*, quò præsens collimat quæstio. Nimirum notant Masorethæ (1.) 30. literas cæteris *majores*, nim. א *1. Chron. 1, 1.* ב *Gen. 1, 1.* ג *Lev. 13, 33.* ד *Deut. 6, 4.* ה *Deut. 32, 6.* ו *Lev. 11, 42. Esth. 9, 19.* ז *Mal. 3, 22.* ח *Est. 1, 6.* ט *Job. 9, 34 Eccles. 7, 1.* י *Num. 14, 17.* כ *Ps. 80, 16.* ל *Deut. 29, 28. Lev. 11, 30.* מ *Prov. 1, 1.* נ *Exod. 34, 7. Ruth. 3, 13.* ס *Num. 27, 5.* ע *Eccles. 12, 14. Num. 13, 30.* פ *Deut. 6, 4.* צ *Dan. 6, 20.* ק *Gen. 30, 42.* ר *Es. 56, 10.* ש *Ps. 84, 4.* ת *Ex. 34, 14. Cant. 1, 1. Deut. 18, 13. Est. 9, 29.* (2.) 33. cæteris *minores*, nim. א *Lev. 1, 1.* ב *Prov. 30, 15.* ג *Job. 7, 5.* ד *Prov. 28, 17.* ה *Gen. 2, 4.* ו *Num. 25, 12. Ps. 24, 4.* ז *Est. 9, 9.* ח *Job. 33, 9.* ט *Thren. 2, 9.* י *Deut.*

ו *Deut.32,18.* כ *Gen.23,2.* ל *Thren.1,12.* מ *Deut.31,27. Lev.6,2.* ם *Nah.13,30.* נ *Thren.4,14.* ן *Es.44,14. Jer.39,13. Prov.16.28.* ס *Nah.1,3. Ps.27,5.* ע *Thren.3,36.* פ *Dan.6,20.* צ *Jer.14,2.* ץ *Job.16,14.* ק *Ex.32,25. Gen.27,46.* ר *Ex.23,19. cap.34,26. Est.9,9.* ש *Est.9,7.* ת *Est.9,9.* (3.) quasdam *inversas* & *contortas* ut *Num.10,35. Num.11,1.* &c. (4.) supra reliquas *suspensas* s. quasi *pendulas*, nim. ג *Jud.18,30.* ע *Ps.80,14. Job.38,13.* & *v.15.* (5.) *punctis* quibusdam insolentibus *insignes* in 15. vocibus ובזיך *Gen.16,5.* אליו *Gen.18,9.* וכקומה *Gen.19,33.* ויש קה ו *Gen.33,4* אוי *Gen.37,12.* ואהרן *Num.3,39.* רחקה *Num.9,10.* אשר *Num.21,30.* ועשרון *Num.29,15.* לרו ולכגיגו *Deut.29,29.* יצא *2. Sam.19,20.* המם *Es.44,9.* ההיכל *Ez.41,20.* מצהקעות *Ez.46.22* לולא *Ps.27,13.* (6.) denique planæ *insolitæ figuræ* ut *Mem finale* in medio *Es.9,7. Mem medianum* pro finali *Neh.2,13. Nun medium* pro finali *Job.38,1.* Istæ omnes non fuerunt forte fortunâ natæ, vel saltem non omnes; neque tamen iis designandis mysteriis destinatæ, ad quæ à Judæis trahuntur. Aliquando important *emphasin.* Sic *majusculæ* ad rei tractatæ profundiorem considerationem, majorem admirationem & diligentiorem attentionem excitandam adhibentur. Conf. *Deut.6.v.4.c.32.v.6.c.18.v.13. Ex.34.v.7. Eccl.12.v.14. Mal.3.v.22.* Sic *minores* inter alia usurpatæ videntur ad indicandum contemtum personæ de quâ agitur ut *Est.9.v.7.9.* ubi sermo de filiis Hamanis. Sic *Deut 31.v.27.* de Israëlitis rebellibus. Ita *Prov.16.v.28. Ex.32.v.25.* &c. Sic vox *punctata Gen.19.v.33.* observante Hieronymo *quæst. in Genesin, quasi incredibile sit & quod rerum natura non capiat, coire quempiam nescientem.* Aliquando sunt *symbolicæ & criticæ.* Sic ו majus *Lev.11.v.42.* est media litera totius Pentatenchi. Sic *Ps.80.v.14.* ע suspensum est media litera in Psalmis. Quandoque sunt *mysticæ*, ut כ majus *Ps.80.v.16. Mem clausum* in medio *Es.9.v.7.* quo significari volunt Mariæ virginitatem & Salvatoris admirandam conceptionem & nativitatem. Et cum ם in numeris sexies centum valeat, existimat *Galatinus*, significatum fuisse tempus adventus Christi, qui ab eo, quo ista sunt prædicta, post sexcentos annos aut circiter natus sit. Sed plura petantur de hisce ex *commentario Masoretico* Buxtorfii.

Qv. XIV. *Cur*

Qv. XIV.

Cur literas quasdam Judæi coronent?

Resp. A charactere Biblico aliquatenus in diversum abeunt Rabbini, idque vel ob τὰχυγραφίαν, unde ipsis natus est character *Masket* ad rotunditatem & volubilem scriptionem magis accommodatus, ut alter *Merübba* ad τετραγωνίαν inclinat; vel ob καλλιγραφίαν, unde habent literas *flammatas; prægnantes,* sc. ם & ס, *gibbas* &c. vel ob ficitia *mysteria*, sic habent literas *coronatas*. Septem scilicet literæ א ג ד ס ט ע ש in lege Judæorum MSS. & sacris schedulis eorum insigniuntur superne tribus apiculis. Hos vocant זיונין vel זינין *virgulas vel galeros*, item תגין *coronulas*; item קוצין *spinas*; & tantum ipsis tribuunt, ut *in Menachot f. 29. 2. Raf Jehuda* dixerit Mosen, cum ascendisset in montem Siuai, inveniisse Deum sedentem & coronidas literis illis appingentem. Istos apiculos Salvatorem per κεραίαν *Matth. 5. v. 18.* indigitare voluisse asserunt Ludov. Cappellus *spicilegio ad Matth. 5.* & Joh. Leusden. *in Phil. Ebr. disp. 8. p. 61.* Sed nos, quæ de apiculis illis Judæi afferunt, pro somniculosis commentis habemus, nec ignoramus posse quandoque hoc hominum genus ex muscâ elephantum facere, ex corniculis grandia mysteria condere. Salvatorem autem per κεραίαν nec ad has coronulas, ex mente *Cappelli & Leusdenii*, nec ad lineolas literarum, secundum *Lud. de Dieu Anim. ad Matth. 5.* nec ad earundem apiculos prominentes, quo inclinat *Dilherrus Eclog. Syr. p. 27.* sed ad puncta vocalia alluisse, cum Dn. D. Calovio *Crit. S. p. 351.* D. Althõfero *Harm. Evang. p. 430.* & Buxtorfio *de Ant. punct. p. 435.* existimamus. Cæterùm cui de coronulis illis plura legere volupe est, adire potest Maimonidem *de Tphillin. c. 2.* Buxtorfium *P. Lex. Talm. p. 664. & 2526.* Filium *de Antiq. Punct. l. c. & diss. 4. p. 177.* Marsilium *de fonte lustrali p. 88.* & Leusdenium *l. c.*

Qv. XV. *An*

Qv. XV.

An literæ Chaldaicæ cum Ebraicis fuerint eædem?

Resp. Diversas usurpasse literas Chaldæos ex *Daniel. 1. v. 4.* probari videtur. Quæ autem hodie edita habemus Chaldaica, eodem cum Ebraicis charactere expressa sunt, unde dubium hoc tenet multos, quinam fuerint antiqui Chaldæorum characteres? Ubi *Athanasius Kircherus* & alii quidam alphabetum *Surianum* sc. *Estrangelicum* pro antiquo Chaldaico venditant. Prætendunt scilicet ἀυτοψιαν suam, quod monumenta Chaldaica hoc charactere expressa viderint. Et ratiuncula probabilis addi posset, cùm lingva Syro-Maronitica sit Chaldaicæ dialectus, non posse eam ab hac diversas plane agnoscere literas. Jam Estrangelicæ istæ & Syriacis probè accedunt & à Maronitis pro majusculis usurpantur. Sed res nihilominus manet incerta nec ea mihi est fiducia ut hic Palæmona me interponam.

Qv. XVI.

An Græcorum literæ ex Ebraicis ortæ sint?

Resp. Græcorum literas ex *Phœniciis* vel *Samaritanis* ad Europæum scribendi modum accommodatis oriundas esse, multorum persuasio est. Id credat, qui volet & poterit. Quomodo aliàs referant *Cadmum* Argenoris filium ex Phœniciâ in Græciam intulisse has XVI. α β γ δ ε ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ, quibus circa bellum Trojanum *Palamedes* ex volatu gruum quatuor θ ξ φ χ addiderit, & totidem ζ η ψ ω *Simonides Melius*, in vulgus notum est. Conf. Sylburgius *Comm. in Græcum Alphabetum*, & ex veteribus Herodotus *in Terpsich.* Euseb. πρωτ. ευ. *l. 1.* Plinius *l. 7. c. 56, 58.* Certum tamen illud

est & ἑξαγώνιον Græcos ab Ebræis sive immediatè sive mediatè accepisse literarum nomina & ordinem. Congruunt enim singula examusim. Pro gutturalibus autem quatuor א ה ח ע substituerunt Græci vocales α ε η ο, & ad complementum paralleliſmi, notandum, habuisse Græcos olim tria elementa, quibus hodie caremus, sc. *Digamma* Æolicum (ita dictum ob figuram, cum constet Gamma super Gamma posito F) respondens τῷ *Vau; Sanpi*, obversam talem figuram ϡ referens & respondens τῷ ϟ, *Koppa* figurâ ϙ inversi, respondens τῷ ק (unde κοππαλίας ἵππος cui Coppa inustum erat.) Sed Conf. Bochartus *in Phaleg.* Amama *de R. L.* aliique.

Qv. XVII.

An litera י *possit esse Mappikata?*

Resp. In partes hîc trahuntur diversas Grammatici. Sequentes *Schindlerus p. 24. Avenarius p. 12. Swenterus, Junius p. 30. Helvicus n. 22. Erpenius p. 16. Neander p. 46. Schickardus r. 146. Glasius p. 7. Mehlfürerus p. 16. Baldovius p. 13. Bohlius, Dilherrus atr. p. 31. Hanekenius p. 1. Amama R. L. p. 48. Ravius Orth. p. 41. Bohemus p. 31. & Wasmuth p. 16. & 18.* soli literæ ה Mappik competere autumant. Rationes eorum huc redeunt 1. literam י, ubi Mappika esse dicitur, semper habere vocalem. Ergo hanc jam satis ejus motum arguere. 2. Vocalem brevem, si absque tono syllabam simplicem constitueret, vel mutari, vel sequentem literam accipere dages forte, juxta Exc. Sennertum *p. 17.* Ergò in נְקִיִּים & similibus esse dages forte. 3. Manere dubium, aur י non etiam accipiat Mappik, quando præcedente Tsere movetur E. g. in שָׁיוּ *Deut. 22, 1.* &c. 4. Rabbinos in scriptione י mappikandum geminare. 5. Mappik in fine tantùm locum habere. Contra alli, ut *Buxtorfius, Bellarminus p. 21. Trostius ed. pr. p. 6. & post. p. 11. Exc. Sennertus p. 16. Walterus p. 73. Diestius p. 19. & Rösselius r. 24.* etiam literæ, in medio præcedente

dente chirek mappik imprimi volunt, opus esse rati, ut, cùm aliàs eo casu quiesceret, signum motus sui ostendat. Quamvis autem præcedentes rationes alio modo solituri simus, existimaremus dirimi litem, si punctum literæ י in tali casu & pro Mappik & pro dages euphonico stare concederemus, maximè cùm aliàs unum idemque punctum pro essentiali & vocali satisfaciat E. g. in נְשֵׂא. Interim *Resp. ad 1.* idem de ה mappikato excipi posset. Nam quorsum est signum motus in voce אֵלֶּה cum adsit *patach genuſa* loco (:) sub intellecti infallibilis signi motus. *Ad 2.* vel ex hypothesi adesse simul dages, vel chirek esse magnum, absorpto fulcro. *Ad 3.* non insolens esse ut & ה privetur suo mappik. Vid. Exc. Senn. *p. 17.* *Ad 4.* id fieri vel ex falsâ hypothesi, vel ad sublevandam lectionem, ut solent quandoque etiam literas non dagessendas geminare. Conf. Exc. Sennertus *Rabbinismo p. 5. ann. 2.* *Ad 5.* meram esse petitionem principii.

Qv. XIIX.

Quale vox שִׁתִּים *habeat dages?*

Resp. Insolens in literâ ת est punctum dages; neque enim forte nec lene esse videtur, cum neutrum ante se patiatur scheva mobile, quale hîc utpote initiale esset. Lubet tamen colligere Grammaticorum vota & deinceps nostram quamcunque subjicere sententiam. Pro forti itaque dages in irregulari statu id habent & vocem legendam *Schettajim* volunt *Bertramus p. 14. Helvicus n. 46. Mehlfurerus p. 16. Waltherus p. 69. Meno Hanekenius p. 2. Bohemus p. 26. J. E. Gerhardus Inst. Harm. p. 10. & 22. Dieſtius p. 16.* & alii. Ratio est, quia compensat. Ast cum *Kimchio Pagninus p. 15. Junius p. 21. Erpenius p. 18. Schickardus reg. 13. & 141. & Wasmuth p. 15.* ob præcedens scheva lene esse volunt. Et quidem *Erpenius* & *Junius* volunt scheva ἀνομάλως ante dages lene esse mobile, legendumque

Schetajim

Schetajim. *Schikardus* autem vult esse quiescens & legi *Schtaim.* Pagninus ex *Kimchio* habet, orientales Judæos mentale א addentes legere אשתים *aschtaim.* Sixt. Amama vult nec forte nec lene esse, sed extraordinarium quoddam, tantummodo adhibitum, πρὸς συγκοπῆς ἀπόδειξιν s. ad indicandam literam elisam. Hanc ipsam sententiam ut non improbamus, ita tamen ad dages fortè potiùs quam ad lene referendum esse illud dages censemus.

T A N T U M.

תם ונשלם
שבח לאל בורא עולם׃

I. N. J. C.

SYNOPSEOS
SELECTIORUM E PHILOLOGIA SACRA QVÆSTIONUM
PARS PRIMA,
Cujus
DISPUTATIONEM QVARTAM,
DE LITERATURA EBRÆORUM
POSTERIOREM,
SIVE
DE VOCALIBUS ET ACCENTIBUS,

PRÆS. M. AUGUSTO Pfeiffern / Law. Saxone, Fac. Phil. Adjuncto,
Publicæ συζητήσει sistit
ANDREAS RÖSCH, Creilshemio-Francus.

In Aud. Majori ad d. 19. Octobr.

הקדמה

REs minutissima punctum est, circa qvod jam nostra versatur opella. At exercuit tamen hoc punctum excellentissima ingenia, sive qvod minutiora effugiant fortè visum, sive qvod plerumq; spernantur. Imò Ebræis arbitris ab hoc puncto dependent *ingentes rerum montes*. Et *in scriptura Ebraicâ tot esse mysteria, qvot punctа, tot arcana, qvot apices*, hominis Pontificii *Possevini* judicium est. Non pudet ergò nos occupari in puncto, sed veremur, ut ob mentis hebetudinẽ punctum satis assequamur. Qvod tamen ad aliorum opes hic nostrum conferimus ἐπὶ πάλλον μέρος, in eo excusandi videmur. Nec enim nostrum qvalecunq; talentulum οὐκ ἀργὸν acceptum impiè defodiendum putamus, contenti, si vel ad unũ exinde aliqva redundet utilitas. Eorum, qvi nos judicio & experientia antecellunt, vestigia proni adoramus atq; venerabundi exosculamur. Nam ubi leo pedem fixit, merito silent cœtera animantia. Obsecramq; tamen cum *B. Hieronymo*, lectorẽ, ne præsentem laborem nostrum reprehendat. *In templo enim DEI offert unusqvisq;, qvod potest. Alii aurum, argentum & lapides pretiosos: alii byssum & purpuram, & coccum offerunt & hiacynthum. Nobiscum benè agitur, si obtulerimus pelles & captarum pilos.* Eos verò qvi suæ unicè favent inventioni & sibi solis comparant seipsos, facimus missos, persuasissimi cum Svida *virum neminem bonũ esse, qvi perpetuò videri vult*

se rectè dicere. Illud interim in aurem dicimus: *Et cecidit Patroclo vir tepreſtantior olim!*

THEOREMATA.

1. Vocis Ebraicæ *principia immediata* ſunt *ſyllabæ*, *mediata Literæ & puncta*, qvibus tamen qvaslibet minutulas figuras, afficientes literas complectimur.

2. *Puncta* vel ſunt *vocalia*, vel *non vocalia*. *Illa* vel συζυγικὰ, qvæ & *regia* dicuntur, vel ἀσύζυγα, qvæ & *ſervilia*.

3. Puncta *Non vocalia* vel reſpiciunt vocem affectam *ſolam*, vel eandem conceptam ἐν σχέσει *ad alteram*. *Illa* vel afficiunt immediatè *literam*, ut Dages, Raphe & Mappic, vel *vocalem*, ut Meteg & accentus omnes *qvà tonici* i. e. ſecundariò monſtrant ſedem toni. *Hæc* vel reſpiciunt *prolationem*, vel *ſenſum*. *Prolationem* Mackef; *ſenſum* accentus *qvà tactici*, i. e. primariò deſignant, σωλάβων periodi.

QVÆSTIONES.

Qv. I. An figuræ literarum & vocalium Ebraicarum ſint naturales.

Reſp. Cum hodie homines etiam optimè auriti & loqvaces alioqvin plus ſatis vix ad modicam Ebraiſmi culturam adducantur, *Helmontius* ſurdos invitare incipit atq; mutos, Tractatu, qvem inſcripſit: *Alphabeti verè naturalis Ebraici delineatio, qvæ ſimul methodum ſuppeditat, juxta qvam, qvi ſurdi nati ſunt, ſic informari poſſunt, ut non alios ſaltem loqventes intelligant, ſed & ipſi ad ſermonis uſum perveniant.* Qvo ipſo probare conatur literarum Ebraicarum figurationem fundari in natura, & repræſentari lingvæ humanæ vario motu atq; alliſu, vocalia autem puncta conformia eſſe, neſcio qvibus, globulis vel guttulis ſpermaticis ad locutionem concurrentibus, uti non modò multo verborum appatatu probare, ſed & ſchematiſmis variis περὶ ὁμμάτων ποιεῖν conatus eſt. Iſta legentes primò affatim riſimus, cœpimus tamen ſeriò mirari hominis aliàs non indocti ſuſceptos circa ἀδύνατα curas. Nam putamus, eum, qvi ſurdo nato conetur inſtillare lectionem Ebraicam, lavare Æthiopem vel veriùs ſurdo narrare fabulam. Aſſumat qvis dicaculum, & benè auritum, vix

ac ne

ac ne vix qvidem omni etiam molimine ipsi delineabit motum lingvæ ad literarum Ebraicarũ figurationem necessarium, qvantò minùs muto & surdo nato? Imò flectat quis ad Helmontianorum schematum præscriptum lingvam suam, expressurus & lingva effigiaturus literas, vel cum risu vel cum stomacho improbabit conatus suos. Experimentum, qvod in Musico qvodam surdo præstitum jactat, revera vanum est. Nam is certè non surdus natus erat, non habilior aliàs ad Musicam qvàm ad lyram asinus, vel illustrius specimen edidit, qvi docuit Musicam. Sed lubet jam à ludicris ad seria parare transitum

Qv. II. An puncta vocalia sint ejusdem cum consonis originis & authoritatis?

Resp. Qvæstionem non esse de vocalibus spectatis ratione formæ suæ internæ sive de naturalibus vocaliũ sonis, qvos literis coessentiales connaturales atqve coævos esse qvis neget sanus? sed de certis vocalium signis atq; figuris, deq; iis præcisè respectu sacri codicis V.T. vix monendum videtur. Huc ergò tandem redit *στάσις συγχύσεως: Num signa vocaliũ hodie in sacro codice V.T. præsentia sint profecta ab authoribus θεοπνεύστοις & pari polleant eũ consonis authoritate?* Affirmant *ζητούμενον* atqve pro pugnant Judæi, unico *Elia Levita* excepto omnes; è Christianis Theologi nostrates pleriq; Matth. Flacius *P. 2. Clavis p. 629 seq.* Chemnitius *Harmon c. 51.* Havenrefferus *Templo Ezech. p. 170. s.* D. Jac. Martini *de Scr. Sacra Disp. 12. p. 477 seq.* D. Gerhardus *Exeg. loc. 1. c. 15. p 353. seq.* D. Wellerus *3. integris Disp.* D. D. Calovius *Crit sacr. p. 326. seq. & Tom. I. Syst. de SSa. qv. 29 p. 728. s.* D. Waltherus *Disp. valedict. Jen. & proleg. Gr Ebr. Art. 3.* D. Dannhaurus *Hodos. Phan. 1. p. 35. s.* D. Tarnovius *ad Ps. 4 p. 103* D. Brochmandus. *T I syst. Art de SSa c. 2. q 9. p. 29. s.* D. Althöferus *Har. Ev. p. 430.* D. Glassius *Phil. Sacr. p. 14. 15. 28. 43. 102. 192.* D. Georg. Groshain. *Janit. Theol p. 67* D. Friedlibius *Medull. Th de SSa q. 24* è Reformatis Junius *Animadv. in l. 2. Bell c. 2.* Alstedius *l. 2. Præcgn. Theol. p. 276. & Encycl. Gram Ebr. c. 2. r. 8. col. 249.* Amandus Polanus *synt. Theol.* aliive (titubant Chamierus *Panstr. Cath. Tom. I l. 12. c. 4.* & Rivetus *Isag. ad SS c. 8. p. 105.* qvi tamen lectis Buxtorfii scriptis assensus videtur, *Anticrit. B p. 345.*) Theo-

logis ὁμόψηφοι è celebrioribns Philologis Reuchlinus *l.3. Cabb. citante* Buxtorfio *de Punctis p. 10.* Seb. Münsterus *Præf. in Biblia*, Wilh. Postellus *de Origg. c. 6. & de Hetrur. orig. p. 113.* Ant. Rodolph. Cevalerius *Rud. Ebr. c. 4. p. 23.* & illic. *in Annot.* Petrus Cevalerius; Marcus Marinus Brixianus (qvi forte è Pontificiis solus Eliam deseruit, id circò notatus à *Pineda*, nisi qvis ipsi *Joh. Isaacum Levitam* conversum Judæum, masculum veritatis Ebraicæ defensorem contra *Lindanum* discipulum suum, adjungere velit, qvanqvam & æqvior sit Sixtus Senensis *l.3 Biblioth. S. p. 168.* & hæsitent Andr. Masius in *Jos. c. 3. v. 16.* & Ang. Roccha à Camerino *Bibl. Vatic. p. 93.*) *Præf. in Arcam Noæ*, Buxtorfius P. *Thes. Gr. ed pr p. 59. & Tiber. Præf. & c. 4.-9.* Buxtorfius F. *Tr. de origine & antiqv. punctorum*, Hugo Broughtonus *in c. 9. Dan.* Hottingerus *Thes. Phil. p. 402. s.* Fabritius *Partit. Cod. Ebr. c. 2. p. 5. seq.* Barth. Majerus *Phil. S. P. 1 p. 21.* Schickardus Ebr. Triechter *p. 30 seq* Crinesius *Disc. de confus, lingg. c. 3. p 32. seq.* Abr. Gibelius *Strigili Bellarm. Err. 3.* Joh. Lightfootus *Chorogr. c 81. p 146.* Dilherrus *Atrio ling. S. p. 71.* Leusdenius *Philol. Ebr. Diss. 13 seq. & spicil. Phil c. 13. s.* Wasmuthus *P. I. Vind. Ebr. p. 33. seq.* Joh. Balthasar Baumbachius *Tr. de ling. Orient. antiqv. necess. & utilitate* Arn. Bootius *Epist. contra Cappellum ad Jac. Usserium*, M. Joh. Bohemus *Gramm. Ebr p 19. s* ut omninò nimis præceps (ne gravius qvid dicam) *CL. Waltoni* vox effugerit ἕρκος ὀδόντων *vix qvenqvam se novisse, qvi qvidem judicium cum eruditione Hebræa conjunx erit, qvi à Cappello dissentiat.* Cæterum laudati Authores in eo ὁμοθυμαδὸν consentiunt omnes, puncta hodierna vocalia non esse inventum humanum, sed θεῖόν τι & ex θεοπνόια, nec ab Exegeta unqvam deserenda; super est autem qvæstio: *Utrum puncta unà cum ipsis consonis nata atq; à Mose & Prophetis libris suis statim adscripta, an verò postea ab Esdra demum inventa & super addita sint?* Prius è Christianis citatis pleriq; asserunt, e Judæis itidem nonnulli, præ aliis R. Asarias *in Meor Enajim c. 59.* Multi nil certi definiunt, sed optionem & arbitrium lectori relinqvunt, uti *CL. Buxtorfiq.* Posterius è Christianis nemo tam apertè pro locutus & defendere conatus est atque *CL Schickardus* E Judæis verò plures istam sententiam amplectuntur, ita

tamen

tamen ut puncta non simpliciter ab Esdra inventa, sed ad ipsius tempora, cum primis sacerdotum operâ, orali παραδόσει propagata ac tandem in gratiam posteritatis & oblivionis metu ab Esdra Textui affixa & promulgata dicant, qvæ mens procul dubio & fuit Johannis Boulæse *in Præf. Alphab. sui Ebraici*, Porrò primum nostrum ζητούμενον negat & puncta vocalia nec ab Esdra nec ullo scriptore ἱεροπνεύστῳ, sed nescio à qvibus recentioribus Masorethis Tiberiensibus Post-Talmudianis sexcentis demum à Christo annis inventa & addita è Judæis in *Masoret hamasoret Præf. 3.* Elias Levita Germanus, & qvidem sine omni è contribulibus duce, auspice, comite, teste, adeoq; sine populi suffragio dixit. Ejus patrocinium in se præaliis suscepit Lud. Cappellus Professor Ebræus Salmurienſis, in libro, cui titulum fecit: *Arcanum punctationis revelatum*, qvi sub *Th. Erpenii* nomine A. 1624. lucem vidit. In eo vero Cappellus ab ante ambulone suo Elia divortium facit, qvod hic punctationem qvidem recens Tiberiensium inventum, non tamen Cabbalâ destitui lectionem modernam juxta puncta dicat, ille verò puncta, utpote merum hominum inventum, pro re nata deseri mutarive posse adserat. A Cappelli partibus magno agmine stant Pontificii, tantùm non omnes, idq; partim ut textum Ebræum à Judæis Tiberiensibus corruptum ejusq; dimidiam partem additamentum esse evincant, partim scripturam in se obscuram arguant, partim diversos literales sensus è scriptura eliciant. Vid. Nic. Lyranus *Postill ad Hos. 9.* Mart. Raymundus *Pug. P. 3. d. 3. c. 19.* P. Galatinus *de A. C. V. l. I. c. 8. p. 32.* Gord. Huntlæus, *Epit. Contr. I. c. 8. 9.* Bellarminus *Inst. ling. Ebr. & l. 2. de V. D. c. 2.* Genebrardus *Chron. Ann. 3683. 3690. in Psalt. Præf. ad Lect. & ad Ps. 105.* Torniellus *Annal. Sacr. T. 2. p. 233* Serarius *in Rabbino priori c. 12.* Pineda *in Salamone prævio l. 5. c. 13.* Bonfrerius *in Gen.* Greg. Tholosanus *l. 12 de Rep c. 5. sect. 30.* Ad. à Contzen. *l. 5. Polit. c. 24.* Joh. Morinus *Exerc. Bibl. p. 199.* Stapleton. *Contr. 5. qv. 3. art. 1.* Salmeron, Villalpandus, &c. E Reformatis Elias atqve Cappellus ὁμοψήφους habent non paucos (qvi tamen periculosas illas Pontificiorum consequentias deprecantur) sc. Zvvinglium *in Præfat. Complan. in Es.* Calvinum *in Zach. 11. 7. 9.*

Th. Bezam. *in de recta pronunc. lingvæ Græc. citante Waltono*, Pellicanum *Præf. in Pent.* Joh. Piscatorem *App. qvæst. in Pent. de punctis*, Drusium *de R. L. c. 4. ad LL. diff. Pent. c. 25.* (qvamvis alibi timidiùs loqvatur) Jos: Scaligerum *Ep. 243. qvæ est ad Buxtorfium, & alibi*, Erpenium *Præf. in A. P. R. Cappell.* Pett. Martinium *in Technol. p. 53. ad 71.* Mercerum *in Gen. 16. 13. Amos 2 12. Eccl. 3. 19.* Hug. Grotium *ad Matt. 5. 18.* P. Cunæum *l. 1. de Rep. Ebr. c. 18.* Gerh. Joh Vossium *de arte Gramm. l. 1. c 31. & l 2. c. 8.* Is. Vossium *Diss. de LXX. & Chron. S. passim* Lud. de Dieu. *Gram. l. 1. c. 7.* Joh. Rainoldum *in Cens. lect. 92. p. 278.* Joh. Prideaux. *Anglum Lect. de Relig. capp. p. 390. s.* Br. Waltonum *Proleg Bibl. Polygl 3. p. 23 seqq.* Alexandrum Morum *in Causa DEi p. 70. s.* Sixtinus Amama tamen *de R. L. p 21.* & alii qvidam à nonnullis in partes tracti totum negotium in medio relinqvunt. Deniqve nec è nostratibus desunt, qvi puncta recentius inventum & post Hieronymi ætatem nata censeant. Non dissimulanus ita sensisse ipsum Heroa Lutherum *in Gen. 36. T. 6. Lat. Witt. f 493. & c. 47. f. 634.* ubi inter alia infit. *Tempore Hieronymi nondum sanè videtur fuisse usus punctorum, sed absq; illis tota Biblia lecta sunt.* Hinc *in gloss. ad Gen. 38. 12.* ait: Puncta können so woll fehlen als ereffen: & *de Schemhamphoraschcirca finem*: Es ist das Vortheil da / das Moses und die Propheten nicht haben mit Puncten geschrieben / welche ein Neu Menschen-Fündlein / nach ihrer Zeit auffgebracht / darumb nicht noth ist dieselbe so steiff zuhalten / als die Jüden gerne wolten / sonderlich wo sie dem Neuen Testamendt zu wieder gebraucht werden. Venerabilem Patrem secutus hic est B. Gesnerus *in Psalmos p. 225. & alibi* Nec alia mens, ut fateamur verum, videtur fuisse B. L. Huttero, cordato Theologo, *Triumph. de regno Pontificio l. 1. c. 6.* ubi inter alia dicit: *ut ad puncta ipsa & literarũ apices vel accentus articulorũ fidei veritatem adstringi patiamur illud certe tanqvam indignæ servitutis jugum, studio qvo possumus maximo, recusamus. Constat enim punctationem Bibliorum non ejusdem esse antiqvitatis cum ipso textu Ebræo. sed multis seculis posteriorem, &c.* Fortè huc referendus & Frantzius *de interpr. SSæ Orac. 54. circa finem*, Succinunt è Philologis Fagius *Not. ad Targum Gen.*

Gen. 47. 24. Hackspanius *Not. Bibl. P. I. p. 175. 348. 528. 609 P. 2. p. 87. 972.* & qvidam M. Nic. Oelschlegelius *Tractatu de punctis contra Flacium.* Addenda jam nostra ἀπόφασις ejusq; fundamenta diductiùs exponenda forent. At verò sic vasta commentaria condi possent. Necvcaat jã, nec lubet aliorũscruta expilare, ut passim in more positum est nonnullis. Qvid enim juvat cum chartæ & temporis dispendio eandem repetere cantilenam? Profitemur tamen ante omnia nos dissensisse semper & dissentire adhuc ab Elia & Cappello, qvem tum solidè refutavit venerandus noster Gamaliel DD. Calovius in *Critico sacro* & biennio post vir nobis æstimatissimus Joh. Buxtorfius Filius in aureo *tractatu de punctorum vocalium origine, antiqvitate & authoritate,* ut otiafacile agere qveat, cui non candem retexere placeat telam. Qvò tn. mentem nostram exponamus & ne plenè hic compareamus ἀσύμβολοι, pronunciamus I. *puncta vocalia hodie præsentia non esse reperta sexcentis demum à Christo annis à Post-Talmudicis Massorethis sive Tiberiensibus sive aliis.* Confirmant nos in hac sententia 1. altissimum hac de re (utiq; posteritati non silenda) in omnibus Judæorum historiis & libris silentium 2. Mentio punctorum in libris non modò istis Tiberiensibus, sed ipso Talmude antiqvioribus Zohar atqve Bahir. 3. Exemplaria vetustissima Biblica punctata, cum primis celebre Hillelianum. 4. Annotationes Masorethicæ circa vocalium & accentuum jamdum extantium vel præsentium irregularitatem. 5. Catholicus omnium omninò Judæorum ab Elia dissensus. Confidenter provocat Cappellum Buxtorfius *de Punct. P. 2. c. 3. Peto igitur ab Eliæ asseclis vel unicum Elia antiqviorem, qvi illam sententiam, non dico assertive professus sit & defenderit, sed dubitativè saltem proposuerit & in qvæstionem vocaverit. Peto etiam vel unicum, qvi postqvam Elias hanc qvæstionem movit & pro Tiberiensibus decidit, illius rationibꝰ acqvieverit ac subscripserit.* Et c. 4. *Peto unicum saltem produci, qvi Elianæ sententiæ diserte adstipuletur. Plures non exigam, ne molestus aut iniqvus flagitator videar.* Et mox: *Ego noto rigidè cum ipso agere. Proferat ille suæ sententiæ ex Ebræis non authenticum sed qvemvis etiam de trivio & subtilissimæ fidei testem, seu antiqvum*

seu

sen novũ, si potest. Pronunciamus 2. *Puncta hodierna ab authoribus θεοπνευστοις profecta esse.* Probamus I. Qvia aliàs Sp. Sanctus Scr. Sacram nobis nec integram nec certam reliqviſſet. Non integram; qvia defuiſſet altera eſſentialis ſcriptionis pars, nec viva DEi vox fuiſſet ad plenum repræſentata, cum tamen DEus eadem, qvæ dixit, κατὰ ῥητὸν & plenè ſcribi qvoq; voluerit. Sic *Exod. 17. v. 14.* ſcribi voluit זָכֹר non זָכוֹר. At ſcribens זָכֹר utrumq; qvidem ſcripſit poteſtate, actu neuitrum. Non certum; qvia vox ſine punctis vocalibus exarata non modo extra contextum, ſed & intra eundem ambiguum ſæpius fundit ſenſum. Sic *Gen. 47. ult.* abſentibus punctis nemo demonſtrare poteſt, nũ ſit legendũ הַמִּטָּה an הַמִּטָּה, utut polleat facultate ϛοχαστικῇ non vulgari. Jam verò ſcripturam ab authoribus θεοπνεύϛοις traditam eſſe non κατὰ ῥητὸν τῆς θεοπνεύϛεως ſed dimidia velut ſui parte truncatam & inde pro libidine hominis, præſertim arguti atq; præfracti, inqvoſitbet ſenſut facile flexilem, ſenſu non niſi per ſexentos ϛοχασμὸς perveſtigabili, id demum apud nos ſemper fuit μέγα λίαν αἴτημα, qvod nec credere nec concedere potuimus. Aliud certè Theologi docent ex *Prov. 8. 8. Pſ. 19. 9. Pſ. 119. 105. 2. Tim. 3. 15. ſ. 2. Pet. I. 19.* Nec pio homini ſatis facit exceptiuncula de ſenſu ex σωαφείᾳ & σωαριμογῇ Textus demonſtrabili, vel de ſcriptis Rabbinicis ſine punctis legi ſolitis. Nã ex σωαφείᾳ textus divinare hanc illamve vocẽ ita non aliter legenda eſſe non erat cujusvis olim, etiã lingvâ Ebræâ in populo vigente, cujus erat ſcripturam legere. Et de σωαφείᾳ nullum inſtitui judicium poteſt, niſi antè delectione vocum, de ſignificatione ſubjecti & prædicati, conſtet. Nam vocum intelligentia præſupponitur & eſt primum μέϛον ἑρμηνείας, cui deinceps ſupervenit illa antecedentium & conſeqventium judicioſa σύγκρισις. Aliàs fruſtrà de jure diſputat, qui verba legis non intelligit. Et utut de vocis non punctatæ lectione & ſenſu utcunque judicari queat, ſi aliæ contextus partes vel ſint punctatæ vel ἐξω πάσης ἀποριας κείμενη, quis verò eâ eſt ἀγχινόια & ϛόχαστικῇ felicitate, ut non punctata ex aliis non punctatis, vel obſcura ex æquè obſcuris elicere queat? Imò quamvis ſe quis con-

conjectando veram lectionem assecutum censeat, qvâ ratione alterum apodicticè stringet ita esse legendum non aliter? Taceo, qvod sic vocum lectio non nitatur necessaria apodixi, sed probabili εὐστοχίᾳ. Rabbinicorum autem scriptorum disparrima est ratio. Non capital hic est errare, nec nostra salus inde dependet. Plura hic adsunt media, compendia & adminicula, qvibus lector mirum in modum sublevatur. Stylus didacticus & ad genium contribulium accommodatus est. Hinc fit, quod balbus balbum utcunque intelligat. Literæ qviescentes s. matres lectionis, præsertim ubi ex earum absentia obscuritas oriretur, nunquam absunt. Præsupponitur analogia punctationis per creberrima exercitia acqvisita & cognita. Præterea pauci, qvos æqvus amavit Jupiter, feliciter scripta Rabbinica versant, utut totam vitæ usuram iis impenderint; nemo citra omne erroris periculum. Plerumq; in paulò difficilioribus per mille στοχασμοὺς & antecedentium sequentiumve diligentissimam σύγκρισιν imò freqventissimam ἀνακύκλωσιν vix devenitur ad sensum, qvem autor intendit. Exemplo sit ipse Cappellus per plures annos Ebræus Professor, qvi in præmeditatâ etiam Rabbinicorum versione nec semel nec leviter impegit, castigatus idcircò à Buxtorfio, Rittangelio aliisve. Sæpe ipsi Judæi suos Rabbinos non intelligunt, sibi in eorum expositione contradicunt & mutuis se vulneribus conficiunt. Nulla hic est ἀναμαρτησία, nulla certitudo ab inexpertis æqvè atque expertis tantopere jactata. Cumqve adeò his omnibus etiam positis tàm difficilis sit lectio Rabbinica, patet lectionem sacri Textus abstractis punctis, & non præcognita aliunde punctationis analogia nec præsentibus memoratis antè subsidiis impossibilem fore. Nam stylus hic est (præsertim in libris non-historicis) nervosus, concisus, abbreviatus, figuratus. Crebrò omittuntur & permutantur matres illæ lectionis, sine qvarum præsentia haud speranda est codicis punctis destituti lectio. Sic qvis non monitus ויתנה legat וַיִּתְּנֶה? quis ויצאהו punctet facilè וַיֹּצְאֵהוּ? qvis שב שב? quis pro והיה legat וְהָיָה? qvis asseqvatur sexcenta alia

cuivis

cuivis passim obviâ ? Unde jam manifestum est, quid altera exceptio de matribus lectionis juvet antagonistas. Vel enim plures olim in sacro codice punctis adhuc carente fuerunt matres lectionis, ac hodie superstant, vel non plures adfuerunt unqvam. Si plures haud adfuerunt, certa lectio sine punctis, saltem alicubi, simplicitereſt impossibilis, nisi quis eam hauriat è viva voce. Nos nimium haud dixisse, experietur, qvi textus Latini, cui vocales detractæ, tentaturus est lectionem. Si verò plures adfuerunt, quot quæso perierunt ex lege יורה, ex qua tamen ἰῶτα ἓν perire haud debebat. Argumentum præsens, qvod aliquantò fusiùs exposuimus, cum vulgò tàm εὐαγγέλιον videatur, συναγωγὴν exhibet Excellentissimus nostræ Academiæ Philol. *in Orat. inaug. de lingva Ebr. aliúq; Orient. p. 19. Pone enim*, ait, *atq; finge, heus, qvicunq; es, bone, Masoretharum (qvicunq; illi jam fuerint etiam) inventum esse puncta vocalia & accentus, qvæ evidentiæ majoriúq; certitudinis ergò deinceps ab iisdem ac qvasi de superfluo addita sint: atq; illicò perfectio hujus lingvæ, qvæ præ cæteris eidem debetur, concidet, qvamprimum nempe puncta, præsertim vocalia, qvæ nil aliud sunt, nisi animæ lectionis, consonis detraxeris: atque actutum Scripturæ S. obscurabitur, incertæ reddetur, divinationibus exponetur, hostibus depravanda tradetur, traditionibus mancipabitur, veneranda & pia Judæorum antiqvitas aut ignorantiæ aut invidiæ accusabitur, animæ hominum dubitationibus immergentur, &c.* 2. Accedit testimonium Christi *Matth. 5. 18.* ubi nobis sufficit quod per κεραίαν non inferatur idem quod per ἰῶτα. Interjicitur quippe disjunctiva ἢ. Ergò per κεραίαν nec litera nec aliqvid literæ (qui enim totum literæ non transiturum dicit, eo ipso non transituras esse partes innuit) sed aliud quid ad essentiam scriptionis originalis pertinens infertur. Pronunciamus 3. *Esdram non reperisse primitus signa vocalium, sed jam ante eum extitisse qvasdã earum notas.* Probamus hoc 1. Si enim dicamus Esdram invenisse puncta vocalia, imponemus nobis onus probandi id, quod è SSrâ nec κατὰ ῥητὸν nec per pronã consequentiam probari potest. 2. Utut antagonistæ concedant Esdram reperisse

periſſe puncta, in proclivi tamen erit ambigere, utrum id fecerit proprio quodam pio inſtituto, an vero divino afflatu, inſtinctu & juſſu; unde negarent fuiſſe eum in punctando ubique ἀναμάρτητον. 3. Et ante ejus tempora μέσον veræ lectionis & ἑρμηνείας neceſſarium erat præſentia notarum vocalium. Utut enim adeſſent Sacerdotes & Levitæ, qvos conſulerent in dubiis, ipſi tamen de verâ lectione certi & ſecuri eſſe debebant. Quæ autem humana memoria tàm divina eſſet, ut omnium SSæ vocalium poſitum & recenſum citra ulla adminicula & ſubſidia ἀναμαρτήτως cuſtodiat, & per oralem παράδοσιν ad poſteros tranſmittat? Non negamus crebram ſcripturarum lectionem reddidiſſe eos expeditos, non tamen planè & ſemper impeccabiles. Memoria hominis fallax eſt, ubi maximè fida eſſe debebat. Nec imus inficias eos ad lectionem codicis non punctati aptiores fuiſſe ac nos, interim perſvaſiſſimi ſumus, punctorum abſentiam textum Ebræum, abſtractis vocalibus, ἐβραϊκοτάτῳ reddere obſcurum, ut deinceps divinare incipiat atque hæſitare hinc & inde. Et patebat eqvidem immediata quoque ad divinam revelationē & immediatam deciſionem provocatio: at ſi eò in explicatione SSæ ex omnibus locis Deus recurri voluiſſet, quorſum ſcripturam ut normam dediſſet? Interim cum ii, qui Esdram inventorem punctorum faciunt, divinam horum originem concedant, nos neutiqvam habebunt hoſtes, utut modeſtè diſſentientes. Pronunciamus tandem 4. *adfuiſſe ſemper unà cum literis in ſacri codicis authenticis atqve publicis exemplaribus certas & ad divinorum ſenſuum intelligentiam neceſſarias notas vocalium*, ut ex hactenus dictis patet. Aſſerimus tamen hoc cum eo moderamine, ut primò concedamus, tum ob ſcriptionis moleſtiam, tum ob ſermonis familiaritatem crebrò à multorum exemplaribus abfuiſſe vocales, exemplaria tamen publica ſaltim, in archivis Synagogarum vel apud Sacerdotes aſſervata, cum cynoſuræ inſtar eſſent, punctata fuiſſe credimus. Deinde nec loqvimur de omni apparatu punctorum etiam non vocalium, ſed de vocalibus ad expreſſionem veri ſen-

sus necessariis. Scheva, Dages, Raphe, Meteg, Mappie & Maccef, ad elegantiorem modo & commodiorem lectionem facientia, referat per nos qvisq; ad qvam velit ætatem. Deniq; nec cum illo rigidè contendemus, qvi concesserit extitisse ante Esdram semper aliqvas vocalium necessariarum notas, utut non ejusdem cum hodiernis figuræ, dummodò suæ assertioni colorem qvemcunqve inducere qveat. Sed attingendæ qvoqve jam essent potiores Cappelli objectiones: at, cum præter spem excreverit præsentis qvæstionis tractatio, tres palmarias levissimè delibaturi modò sumus. *Prima* est, qvod nec in Talmude punctorum fiat mentio, nec compareat LXX. Paraphrastas Chaldæos atque Hieronymum punctatis codicibus usos esse. 2. qvod volumen legis in synagogis Judaicis absqve punctis asservetur, imò punctatum pro profano habeatur. 3. qvod Keri & Ketif circa solas literas & non etiam circa vocales detur. *Resp. ad I.* Nullam esse consequentiam. LXX. & Chaldæi sive nimium memoriæ, peritiæ, & ἀγχινόιᾳ suæ confidentes sive communi Judæorum allegorisandi mori, abstractis studiô punctis litantes poterant uti exemplari non punctato. Poterant alicubi caligare & labi (nam homines erant) etiamsi uterentur punctato codice: alii tamen παρεξηγνειῶν fontes aperiri possunt. Hieronymus itidem incidere poterat in non punctatum codicem. Nec enim omnes necessariò punctis instructi erant: qvin punctatorum ob scriptionis difficultatem atq; molestiam ante inventam Typographiam maxima erat raritas. Sic neqve mirum, qvod Talmudici punctorum non faciant mentionem, nam versabantur in explicandis capitibus fidei, ritibus & juribus gentis suæ, non in argumento Grammatico. Itaq; ex his omnibus non conficitur, tempore πῶν ὁ, Paraphrastarum Chald., Talmudistarum & Hieronymi nullum punctatum codicem in rerum natura fuisse. At falsum qvoq; antecedens est. Qvod in specie ad LXX. Iis est sub judice pendens, num ea qvæ superat illoqve nomine venditatur versio, revera ipsorum sit. Conf. Drusius *Obs. l. 6. c. 9.* Pagninus *Isag. c. 9.* W. Schickardus *Bechin. Happ. p. 39 s.* Glassius *Phil. S. p. 58.* D. D. Calovius *Crit. sacr. p. 835. s.* D. D. Müllerus

Juda-

Judaism. Prol. n. 12. p. 85. Hottingerus *Theſ. Phil. I. 3. c. 3. ſect. 3.* Rivetus *Iſag. SS p. 140.* Wovverius *Synt. de LXX.* Altingius *Theol. Hiſt. L. 2.* Cartvvrightus *in Gen. p. 287.* Salmaſius *de Hellen. p. 243.* Buxtorfius *de punctis p. 122.* Jac. Uſſerius *de verſ. LXX.* DD. Watmurhus *Vindic. Ebr. p. 118. &* alii. Talmudiſtas vero punctatum habuiſſe codicem vel inde conſtat, qvod nullum locum alio ſenſu ceperint, atq; hodierna fert punctatio. Tum freqventantur punctorum nomina in libris Talmude antiqvioribus Zohar. & Bahir. Qvin & in ipſo Talmude נקודים non una mentio. Et conſtantiſſima eſt Ebræorũ relatio, vetuſtiſſima exemplaria Miſchnarum Talmudicarum fuiſſe punctis & accentibus perfectè inſtructa. Deniq; Hieronymum Ebræorum puncta vocalia agnoviſſe manifeſtum eſt. Probarunt id tàm di'ertè Buxtorfius *de punctis P. I. c. 11. &* Glaſſius Phil. S. *p. 28. ſ.* ut contradictioni amplius haud videatur eſſe locus. Sufficiant nobis ex Hieronymo iſta: *l. 8. Comm. in Ez. 27. tom. 5. p. 212. Freqventer*, ait, *Hebræa nomina pro diverſitate accentuum & mutatione literarum vocaliumq;, vel maximè, qvæ apud illos habent proprietates ſuas, variè interpretantur.* Qvæſt. in Gen. c. 47. ult. *Hoc loco qvidam fruſtra ſimulant, adorâſſe Jacob ſummitatem Sceptri Joſeph, qvod videlicet honorans filium, poteſtatem ejus adoraverit, cum in Hebræo multò aliter legatur:* Et adoravit Iſraël ad caput lecti. At abſentibus punctis cur in Ebræo magis habeatur הַמִּטָּה, qvàm הַמַּטֶּה, *Ad II.* morem iſtum & alias agnoſcere rationes & eſſe recentiorem, & ab eo demum tempore introductum, ex qvo Cabalæ & allegoriſandi, SSamq; in varios ſenſus deducendi & detorqvendi invaluit ſtudium. Id prodit ipſe R Bechai *in Sect.* בהעלותך, *f. 162. c. 3. Literæ, qvando non ſunt punctatæ, varios admittunt ſenſus & invarias dividuntur ſcintillas. Et hac de causâ juſſi ſumus* (certè non à Moſe & prophetis, ſed ab iis, qvibus haud abſurdum erat plures literales ejusdem loci admittere ſenſus) *non punctare librum legis, qvia unius cujusq; vocis ſenſus literalis eſt ſecundum punctationem, nec niſi unicum vox punctata admittit ſenſum: voce verò non punctata poteſt homo intelligere & ad invenire multos, eosq; admirandos & eximios ſenſus.* Et hæc qvoq; juxta CL. Buxtor-

xtorfium *l.c. p. 50.* cauſa reddi poteſt, qvod cum volumen illud ſacrum Legis ad extremum usq; apicem debeat eſſe correctum & emendatum, difficile autem & tantum non impoſſibile ſit in adſcribendis omnibus apiculis ſcribam non alicubi errare, qvo facto volumen ſtatim profanum ex ipſorum hypotheſi foret, adeoq; nullum volumen כשר ſ. legitimum dari poſſit, ſtatuerint volumen legis, cum nonniſi Sacerdotes & Levitæ in eo legant, unde non tanta punctationis eſt neceſſitas, ſine punctis exarandum eſſe. *Ad III.* Cum vulgaria ſacri codicis exemplaria compendii & fugiendi tædii cauſa plerumq; carerent punctis, errorem ad vocales tàm facilè pertingere non potuiſſe. Si tamen qvis in divina pronœa ſimpliciter acqvieſcere velit, non repugnamus. Si placuit Domino, dicere plura nefas. Nec deniq; B. Lutheri authoritas hic qvenqvam movebit. Aliter judicaſſet beatiſſima anima, ſi ipſius tempeſtate periculoſiſſima ſententiæ Cappellianæ conſectaria fuiſſent notoria. Itaque amicus Lutherus, amicus Philippus, ſed magis amica veritas. Cœtera pleno horreo admetietur luculentiſſimo ſuo de Punctis commentario Buxtorfius.

Qv. III. An Ebræi agnoſcant Diphtongos?

Reſp. Proprii nominis Diphtongos tribuere Ebræis videntur Junius *Gramm. p. 24.* Martinius *p. 9.* Avenarius *p. 11.* Corn. Bertramus גלעד *p. 10.* Bellarminus *p. 29.* Gvalperius *p. 5.* Rectiùs vero negant κατ' ἀνάλυσιν dictas diphtongos in lingvâ Ebræâ dari vel dari poſſe, iſtosq; ſonos pro diphtongis arreptos vocant *Qvaſi-diphtongos* vel διφθογγοειδεῖς Druſius *de R. L. p. 54. ſ.* Buxtorfius *Thes. p. 21. ſ. Sixt.* Amama *de R. L. p. 57.* Gibelius *Strig. Bellarm. Err. 20.* D. Wellerus *ſpicil. 2 qv. 6.* D. Waltherus *p. 56.* Exc. Sennertus *Hypomn. 11. præf Gramm. Orient.* Meel. führerus *p. 12.* D. Nic. Petræus *p. 12.* Dilherrus *rud. Syr. p. 10.* D. D. Waſmuth. *p. 9.* Schickardus Trichter *p. 48.* Altingius *Fund. punct. p. 20.* & Ebræos, Chaldæos atq; Syros nullas noviſſe diphtongos *peculiari diatribe A. 1617. Norimb.* editâ oſtendit *M. Dan. Schwenterus.* Argumentum ἀνάλυτον pro hac ſententiâ hoc eſt: *In qvacunq; lingvâ impoſſibilis eſt immediatus duarum*

voca-

vocalium in una syllaba concursus, in ea nulla datur nec dari potest diphtongus. Atqvi in Ebræa. E. Major est certa, qvia Diphtongus, vertente Lipsio, nihil aliud est qvàm Bivocalis, s. ad ejus constitutionem reqviruntur duæ vocales sese immediatè i. e. nulla consonâ intercedente, contingentes & mixtum sonum parientes. Minor autem nullâ potest infringi instantiâ Proinde diphtongi neutiqvam sunt soni isti: ַו / ָו / ָיו / ֵי / ִיו / ַי / ֵי / וֹי / וּי / quia non conflantur è vocali & vocali, sed ex vocali & consonâ. Ingredi autem compositionem illorum sonorum consonam vel ex incremento patet, ut cum ex עָנָו dicitur in pl. עֲנָוִים pro יְצַו formâ integra יְצַוֶּה, ex שָׁלֵו fœm. שְׁלֵוָה, ex גּוֹי pl. גּוֹיִם, ex גָּלוּי pl. גְּלוּיִים, &c. Neque Patach genufa cum vocali præcedente facit diphthongum. Nec enim est propria vocalis, nec cum præcedente vocali in unum sonum coalescit, quorum neutrum à verâ diphthongo abesse potest. Sic & in יְרוּשָׁלַם nulla diphthongus, quia defectiva scriptio est, qvæ Masora notante quinquies completur h. m. יְרוּשָׁלַיִם. At, inqvias, cur toties deficit? Judæi censent Jod esse literam Tetragrammati & ablatam, quò notetur, DEUM ab illa urbe discessisse. Verum hæ nugæ sunt, remittendæ ad authores. Fortè id factum, ne arriperetur pro duali. Est enim revera singulare nomen, cum ם in fine radicale sit, non servile, adeoqve nec terminativum dualis numeri.

Qv. IV. An Kamezcatuf rectè scribatur additis duobus punctis?

Resp. Falsa qvorundam est hypothesis, Kamezcatuf scribendum additis duobus punctis, qvæ tres invexit in Grammaticam errores. 1. Chatefkamez scribendum additis aliis adhnc duobus punctis h. m. (ד ::) 2. Kamezcatuf cum Chatefkamez idem esse & duo modò puncta rapta. 3. Chatefcamez cum Kamezcatuf idem esse, at qvatuor modò vocales breves dari & tria

puncta

puncta rapta. *Prima* sententia est Junii *Gr. p. 11.* Schickardi Trichter *p. 47.* & Buxtorfii *Thes. ed. pr. p. 13.* qvi tamen eam retractavit *Ed post. p. 23. f.* Ajunt verò illa duo puncta omitti, tum qvia fuisset vitiosum in uno atq; eodem elemento binum Scheva ponere, tum qvia supra commoditatem justumq; venustatis modum numerus punctorum redundâsset. At qvod ad primum, si in ר: jam adest Scheva, qvi venditant pro vocali brevi; at sin illic non adest Scheva, qvomodo dicunt in ר:: esse geminum Scheva? Qvod ad alterum, idem excipi posset de Chatef sægol ubi sunt qvinq; puncta. Sed vid. Drusius *Op. Gr. R. L. p. 48. Secunda* est Bellarmini *Gr. p. 23. Ed. Antw.* Claji *Gr. c. I. p. 3. &c.* Enim verò Chatefkamez qvod dicitur, revera servat puncti rapti analogiam. Ut alia transeamus, sub ע & ח non est vocalis parva in vocibus עֲנִי & חֲלִי, nam pura vocalis brevis absqve tono syllabam brevem neutiqvam constituit Conf. Gibelius Strig. *Err. 6. f. Tertia* fortè solius est Keckermanni, qvem refutat Sixtinus Amama *de R. L. p. 45.* Fons omnis erroris est, qvod putant Kamexcatuf rectè duobus additis punctis scribi, qvod, si alicubi fiat, ut imperitioribus consuleretur, factum videtur. Alias Kamezcatuf sive Melopum rectè sine iis punctis scribi (unde & קמץ בלי שוא dicitur) asserunt atq; probant R. Dav. Kimchi *in Michlol. f. 187. 188.* Elias *ad Michl. p. 39.* Balmesius *in doctrina vocalium*, Drusius *de R. L. c. 14.* Buxtorfius *Thes. ed post. p. 26.* Hottingerus *Erot. p. 13.* Sixt. Amama *l. c.* & D. Wellerus *spicil. I. qv. 5.*

Qv. V. An scheva sit proprii nominis vocalis?

Resp. *Scheva* apud Ebræos & שוא & שבא scribitur. Unde non una authoribus placet originato. Alii priorem scriptionem attendentes deducunt à שָׁוְא i. e. *frustrà*, vel *qvasi nihil*, qvod nullum certum sonum edat. Ita Buxtorfius T. *de Antiqv. Punct. p. 219.* Alii à שׁוה *æqvari* & *æqvatorem* vel *æqvamentum* vertunt, qvod æqvaliter, sese subinde habeat ad sequentis

tis literæ ſonũ. Ità *Aben Eſra, Junius, Cevalerius, Waiganmeir, Waemuth*, &c. Alii ſuppoſitâ altera ſcriptione deducunt à שבה *captivum ducere*, qvod literam qvaſi captivam ducat, ſive ad præcedentem ſive ad ſeqventem ſyllabam. Ita *Schindlerus, Alſtedius, Waltherus, &c.* Alii à שוב *reverti*, qvod literam ſuam ad aliam reducat. Ita *Bellarminus*. Nos lectori linqvimus optionem, qvanqvam magis in ſecundam propendeamus ſententiam. Extant aliàs ap. Grammaticos & alia ejusdem Epitheta. Cum enim & veris vocalibus ad complementum ſyllabæ & literis ſervilibus utcunq; ſerviat, vocatur עבר *ſervus* & עבר עבדים *ſervus ſervorum*, at veræ vocales מלכים *reges*. Ob titulum iſtum, qvem ſcheva cum Pontifice Romano communem habet, D. D. Scherzerus lepidè appellavit *Papam Grammaticum*. Kekermannus vocat der andern Poſtreuter: D. Waltherus *crucem Grammaticorum*. Jam qværitur, *num nomen veræ vocalis mereatur?* Diſertè id pronunciat Dn. M. Bohemus *p.* 28. implicitè ſtatuunt, qui vel tredecim numerant Ebræorum vocales, ut *Clajus*, vel qvatuordecim, ut *Junius & Alſtedius*, vel qvindecim, ut *Sheickardus*. At verò *Scheva* vocalem eſſe conſtanter negant Ebræi ad unum omnes: dumqve ejus naturam exprimere conantur, vocant Miniſtrum vocalium, quod eo vocales velut ſervo utantur, dum ipſo mediante ad ſe trahunt literas vocali deſtitutas, ut in ſyllabam coire queant. Chriſtiani vocant notam abſentis vocalis vel Symbolum conjunctionis, ut Martinius *Gr. l. 1. c. 2. & Techn. c. 2.* Gomarus *Lyr. Dav. c. 1.* Altingius *Fund. punct p. 19.* Ravius *Orthogr. Ebr p. 40.* Cœterum Scheva vocalem non eſſe hæ facilè evincunt rationes 1. qvia ad omnem vocalem præter ſonum reqviritur aliqua in pronunciando mora, ſive ſtatus & fixus ſonus. At Scheva, utut efferatur, ſine omni ſenſibili mora eſt efferendum, ut ſonus ejus aures potius fallat, quàm feriat. Inde dicterium: *Scheva eſſe auribus qvod fulgetrum oculis*. Deinde Scheva nullum olim habuit certum ſonum, ſed varium & obſcurum. 2. quia omnium conſenſu aliqvãdo planè non legitur. At verò quid eſt vocalis aliquando muta? certè σδηρὸξυλον. 3. quia non conſtituit cum conſona ſua ſyl

labam, unde & à Junio aliisve ἀσίγητος dicitur. Is autem omnis veræ vocalis effectus est 4. qvia nunquam gaudet accentu tonico, qvi tn. omnem veram vocalem afficere potest. Et nimiũ ipsi adhuc tribuunt, qui semivocalem vel semipunctum vocant, cum inter vocalem & non-vocalem non detur medium. Conf. Buxtorfius *de Punctorum Antiq. p. 220.* & Exc. Dn. Joh. Ericus Ostermannus in accuratissima disputatione *de fundamento mutationis punctorum apud Ebræos th. 4. & seq.*

Qv. 6. Qvo sono efferendum sit Scheva?

Resp. Cum Scheva nihil aliud esse, quàm κενπτρον obsentis vocalis & Symbolum conjunctionis literarum | supponant doctissimi Grammatici Martinius *Technol. p. 88.* Amama *de R. L. p. 33.* Ravius *l. c.* nullam planè ipsi concedunt sonum, etiam ubi mobile vulgò vocatur. Definiunt autem Scheva mobile, qvod syllabam inchoat suamq; consonam trahit ad seqventem, qviescens qvod syllabam terminat suamq; consonam ad præcedentẽ retrahit. Nos lubenter concedimus τῷ Scheva non cõpetere fixum sonum nec moram vocali aliàs in pronunciando debitam: interim collisio consonarum qvandoqve ita dura est, ut sine interventu rapidissimi alicujus soni, pronunciatio videatur, si non planè impossibilis, nimis tamen aspera & horrida, auribusque valde ingrata, cum tamen Ebræos constet εὐφωνίαν in summa habere veneratione. Fatemur equidem Polonos uno flatu edere multas literas, quas fortè nullo nisu vel usu possent nostrates, dubitamus tamen num ullus homo, non adscito rapto sono vocali, efferre queat primas consonas in hisce & similibus vocibus בְּפִתְבֹּג וְרֹאשׁ כְּנַתְקֵרֵ֫ מְמַלֵּא &c. Et quis geminarit ק. in פַּקְרוּ, ut non efferat Scheva? *Ne Tartarus qvidem aut Turca, etsi gulam & ilia rumpat: nullus Sarmata vel Bulgarus, licet guttur frangat & medius crepet*, ut loquitur Lud. Cappellus *Animadv. ad Lyr. Dav. p. 17. 18.* qui & fusiùs de præsenti argumento contra Gomarum disserit *à p. 10. s.* utut ergò concedamus Scheva olim, ubi citra κακοφωνίαν potuit

tuit, absorptum esse, semper tn. penitus absorberi haud quaquã potuit. Multorum proinde sententia fert, Sheva mobile olim instar sequentis vocalis prolatum esse. Sic ap. LXX. pro סְדֹם legimus σόδομα, pro כְּנַעַן χαναὰν, & pro voce Chaldæo-Syra שְׁבַקְתַּנִי σαβαχθανὶ. Conf. Martinius *Technol. p. 88.* Lud. de Dieu *Gr. Harm. p. 43.* Dilherrus *Eclog p. 53.* J. Ern. Gerhardus *Inst. Gr. p. 18.* D. Wasmuth. *Gr p. 6.* Nam, ut ait CL. Buxtorfius *de Antiqv. Punct. p. 219. cum adeò celeriter pronunciandum sit, ut nullus certus ac distinctus percipiatur sonus, ob istam celeritatem sæpissime videtur accedere & inclinare ad proximum sequentis vocalis sonum, intercedente maximè litera gutturali.* At veteres promiscuè omnes sonos, frequentissimè obscurum a vel e, שׁ scheva tribuisse videntur. Inferunt id nomina propria Græcè à LXX. & authoribus N. T. expressa E. c. מְתוּשֶׁלַח Μαθουσαλὰ, שְׂרוּג σερὰχ, נָחוֹר νηὼρ, לָבָן λιβανὸς, רְמַלְיָהוּ ῥομελία, פְּלִשְׁתִּים Φυλισιείμ, &c. Conf. L. Cappellus *l. c. p. 20.* & Exc. noster Sennertus *in Rabbinismo p. 6.* Cœterùm Ebræorum Grammatici de prolatione Scheva has tradunt regulas 1. Ante literas gutturales ajunt efferri instar vocalis sequentis 2. Ante Jod declinare ad sonum Chirec. 3, Aliàs utcunq; exprimi per Patach. Ita R. Dav. Kimchi *Michlol p. 820. f.* Moses Kimchi *l. I. porta 4. n. 5, 6.7.* Elias *Comm. ibid.* Balmesiu aliiq; tradunt & ex Ebræis referunt Pagninus *Inst. p. 12.* Drusius *L. R. p. 43.* Waiganmeir *p. 5.* Waltherus *p 42.* Bellarminus *p. 16.* Schickardus Trichter *p. 42.* Ledebuhr. *Gr p. 5.* Cumq; ipse *R. Jehudah Chiug*, primus Ebræorum Grammaticus idem doceat, non videtur tam recens inventum esse, ac censet Gibelius *Strig. Err. 11.* Quod vero Avenarius *p. 10.* ait Scheva *trium vocalium a, e, o, sonum brevissimè mussitare*, id non hausit ex Ebræis, sed reflexit oculum ad eam rationem, qvod Scheva cum tribus illis vocalibus in compositione cnncurrat. Hodie Judæi, Ephodæo teste, Scheva, ubi opus est, ut ĕ brevissimum omnes legunt. Ubi autem Scheva legi qveat, vel, juxta alios, syllabã inchoet, aliqvot regulis expediunt Grammatici. Judæus qvidam *Swenterum* Scheva legendi ratio-

nem qvondam ita docuit: Pinxit primas qvatuor literas אבגד & dixit legi, si sit א i. e sub prima litera, ב i. e. post aliud Scheva sequatur, ג i. e. post תנועה גדולה s. vocalem longam, ד i. e. sub Dages, aliàs non legi. Nos ὡς ἐν παρέργῳ notamus malè à nonnullis Grammaticis Scheva mabile dici, t. ante gutturales, utut præcedente vocali parva E. c. לִשְׁאֹל *lischeol.* Sic docent Joh. Clajus *c. 1. obs. 5.* Alstedius *col. 248.* Münsterus *p. 25.* Cevalerius & Bertramus *p. 15.* Clenardus *p. 7.* Waserus *p. 26. 27.* & si qui sunt alii. At sic E. g. in מַלְאָכִי *Gen. 28. 12.* & similibus casibus legerentur duo puncta ἀσύστατα simul s. Scheva ante Scheva, quod omninò est absurdum 2. sub litera mox repetenda E. g. רִבְבוֹן *rivevon.* Ita Bellarminus *c. 3. p. 31.* & quidem è citatis. At & sic quandoq; recurrrret idem absurdum E. g. in צִלְלֵךְ / גִּלְלֵכֶם &c. 3. Post Meteg, utut affi-ciat vocalem parvam. Verum & sic Scheva quandoq; legeretur ante Scheva E. c. וַיְזַבַּח *Exod. 32. 8.* & Scheva simplex moveretur sub gutturali E. c. לָהֳיוֹת quorum utrumq; absonum. Excipimus tamen illum casum, si post vocalem brevem, habentem Meteg, Dages vel litera quiescens exciderit. E.g. לַמִּצַּח / וַיִּרְאוּ &c. Plura dabunt Drusius *Op. Gr. p. 38.* Marinus, Waiganmeir *p. 5.* Schickardus Trichter *p. 44.* Walth. *p. 48. s.* Gibelius *Strig. Err. 10.* Sixt. Amama *de R. L. p. 39.* 4. Secundum in fine, juxta R. Chiug. & Samuel Arcuvolti *in Arugat habbosem c. 5.* Dissentit R. AbenEsra, qvem cum R. Jehuda Chiug conciliare conatur Muscatus *ad Cosri.* Pro AbenEsra hæc urgemus 1. quod ultima litera vocis non possit aliò referri, nisi ad syllabam præcedentem. 2. quod vox sequens sæpe inchoetur à Schevata & sic Scheva legeretur ante Scheva E. c. יַפְתְּ אֱלֹהִים. 3. quod prima litera vocis sequentis habeat Dages lene E. g. וְלָקַחְתָּ בְּיָדֶךָ *1. Reg. 14. 3.* Conf. Buxtorfius *ad lib Cosri p. 137. s.* Sixt. Amama *de R. L. p. 36.* Wellerus *Spicil. 1. qv. 3.* Contrà nonnulli faciunt Scheva quiescens post Schurec initiale (ut post Bellarminum Cl. M. Bohemus *Gr. p. 27.* ubi

27.) ubi tamen mobile videtur; alioqvin literæ בגדכפת sequentes dagessandæ forent, quod nunquam fit. Absurdus a. videtur lapsus cujusdam *Jacobi Wilhelmi*, qui teste D. Walthero volebat initiale Schurec esse pro Vau Chirecato & Chirec retractum esse in ventrem, unde appellat Vau-Chirec. At 1. sub Vau locum habere potest Chirec. E.c. וְהָיִיתֶם 2. quid ergò diceret de Schurec initiali ante literas labiales non schevatas? Multos interim male habet, qvod illud Vau incboet syllabam, qvinimò qvandoq; absolvere videatur, contra lingvæ Ebraicæ analogiam. Unde nonnulli contendunt ἀναμάλως scribi pro וו vel וֻ teste Coddæo *nobis ad Mart. p. 3.* Nos illis faventiores sumus, qvi dicunt concipiendum ab initio esse Aleph. Ita pronunciasse Tiberienses testis est Balmesius *Gr. p. 68.* & R. Dav. Kimchi *in Michlol f. 62. ait: Vau punctatur puncto Schurec; qvalis autem est lectio literæ Aleph, talis qvoq; est lectio hujus Vau, nim. Aleph cum Schurec, juxta Kabbalam: qvemadmodum scribit D. R. Juda Chircg. f. m. sic hæreditate accepimus à majoribus nostris generatione post generationem.* Εὔδηλον hoc esse censet CL: Jac. Altingius *Fund. Punct. p. 33.* si præsupponatnr א æqvipollere spiritui leni Græcorum. Sic v. g. ומושב Græcè exprimendum esse ὑμωσχὰβ, qvam probandi rataonem nos in medio relinqvimus. Conf. B. D. Waltherut *p. 85.*

Qv. VII.

An nomen τετραγράμματον *ita punctatum* (יְהוָֹה) *habeat proprias vocales?*

Resp. Affirmant & defendunt D. Franzius *Orac. 103.* D. Gerhardus *Exeg. l. 2. §. 25.* D. D. Calovius *Theol. Nat. & Rev. p. 228.* Füllerus *Misc. sacr. l. 2. c. 6. l. 4. c. 13. & App.* Fr. Gomarus *Part. 3. Disp.* S. 4. *etc.* Piscator *App. qvæst. in Pentat.* (qvamvis hi duo non per omnia ὁμόψηφοι cæteris, cum de nomine יהוה cum particulis concreto aliter sentiant) Leusdenius *in Jona illustr. p. 94 s.* Dn. M. Albertus Vogt *Delic. sacr. p. 8. seq.* M. Ad. Spengle-

rus *Misc. qv. l. cumq;* iis nos *Fasc. Diss. 8. th. 6. seqq.* Negativam tuentur B. D. Waltherus *spic. Nom. div. qv. 5.* (qvi è nostratibus testes citat Rungium *Comm. in Ex p. 106* D. Hoë *Comm. in Apoc. l. I. p. 39.* Jac. Martini *in Præf. l. 2. de 3. Elohim.*) Drusius *de Tetragrammato*, Lud. Cappellus *Orat. de nomine* יהוה, Fabritius *de nomine* יהוה, Sixt. Amama *Diss. de nomine* יהוה Buxtorfius F. *Diss. 5.* Hakspanius *Diss. 1. de nominibus divinis*, Schickardus in Ebr. Trichter *p. 98.* Jac. Altingius *Exerc 2. Gr. subnexâ de nomine* יהוה & alii. Ex his cumprimis Zelo non secundùm scientiam fervet *Drusius*, dum legentibus Jehova blasphemiæ dicam scribit, qvem immeritò tantos de Tetragrāmento excitâsse Tragœdias rectè judicat CL. Rivetus. Geminus Drusio est Genebrardus. Cæteri οἱ ἐξ ἐναντίας tantam animi vehementiam, vel impotentiam potiùs, non probant. Ita nec nos detrectantibus pronunciare Jehova denunciamus cum *nonnemine* horribile carmen *App. 22. v. 18. 19.* cum *fundamentum erroris hic non sit cogitatio aliqva aut opinio contra divini textus efficaciam directa, sed potiùs Grammatica aliqva aut historica imaginatio*, ut benè ait B. D. Dorscheus *Disp. de nomine Jehova §. 18.* præterea ab utraq; parte stant gravissimi Theologi, qvorum vestigia proni adoramus. Affirmativa tamen hisce nititur fundamentis I. Nomen יהוה vel habuit olim alia puncta, ac hodie habet, vel non habuit. Si non habuit, utiq; hodierna puncta ipsi à Sp. S. sunt appropriata, adeòq; propria. Si habuit, seqvitur Judæos sine omni indicio puncta sexcentis in locis SSæ turbâsse, qvo semel concesso, latissima aperitur Pontificiis fenestra transeundi ad alia 2. Si non absurdum est nomen יהוה secundum puncta Scheva & cholem legi in compositione, nec absurdum id est extra eandem. Atqvi illud absurdum non est. Legimus qvippe Jehoschavat, Jehonatan, Jehojada, &c. E. nec hoc 3. si nomen יהוה non habet puncta אֲדֹנָי, conceditur ab antogonistis qvod non habeat puncta aliena. Atqvi non habet illa. Nec enim sub prima Jod est Chatefpatach. E. Exceptionibus & alibi satisfactum & satisfiet in conflictu. Rationes potiores pro negativâ hæ

vâ hæ sunt I. Puncta nominis יְהֹוָה non sunt perpetuā. Occurrit qvippe & יֱהֹוִה. E. nec propria 2. Nomen יְהֹוָה cum literis בוכלם alibiq; seqvitur analogiam nominis אֲדֹנָי E. habet ejus puncta, 3. Nomen יְהֹוָה ab authoribus N. T. & plerisque interpretibus exprimitur nomine æqvipollente τῷ אדני E. habet hujus puncta. Sed istæ rationes manifesta laborant ἀνακολουθία. In specie *Resp. ad I.* plures voces in sacro codice non habituras propria puncta, cum hæc qvandoq; varient, id qvod sexcentis exemplis probare parati sumus. *Ad II.* si Sp. S. placuit punctare יהוה ad analogiam nominis אדני qvid inde contra nos? Notemus factum, non negemus. Grammaticorum regulæ non præscribunt, qvomodo voces Biblicæ sint punctandæ, sed puncta Biblica pariunt regulas & exceceptiones Grammaticas. Et cum alia nomina divina, sc. ipsum אדני & אלהים cum literis וכלב planè in solitam sustineant punctationem, qvid mirum, si idem usu veniat in singularissimo & sacratissimo nomine יהוה *Ad III.* Ab authoribus N. T. non fieri id hoc fine, ut moneant, non legendum Jehova sed ut qvacunq; ratione transferrent. Id sane, cum lingva Græca non suppeditaret nomen πρόλληλον αὐτολεξεὶ fieri haud poterat. Qui vero alia puncta nomini יהוה substernere conati sunt, diversissimis deprehenduntur usi στοχασμοῖς. Drusius *ad diff. LL. Pent p. 142.* putat punctandum de jure esse יַהֲוֶה vel יַהְוֶה, Arias Montanus, Genebrardus, Hottingerus, Joh. Crellius יֶהֱוֶה vel יֶהְוָה, Josua Vasseur, etiam literâ mutatâ יִהְיֶה, Corn. à Lap. *in cap. 6. Exodi* יֶהֱוָה Erpenius *Gr. p. 98.* יָהוּה Lud. Cappellus יַהְוֹה &c. Scilicet τὸ ἀληθὲς ἓν, τὸ δὲ ψεῦδος πολυσχιδές.

Qv. VIII.

Qvæ sit causa mutationis punctorum ap. Ebræos?

Resp. Qvatuor suppeditat Elias, quos voce memoriali appel-

appellat Maderus *Orat. de linguâ Arab. p. 10.* PFAR i. e. propter *Pluralem*, *Fœmininum*, *Affixa & Regimen.* Alii aperiunt sex mutationis fontes, usi vocabulis μνημονευτικοῖς סרנך vel נרכס & גת i.e. propter נקבה *Fœmininum* רבוי *pluralem* כנויים *affixa*, סמכות *Regimen* גרון *gutturales* & תוספת *paragogen.* Conf. Alstedius *col. 253.* At revera principalis causa mutationis punctorum, & qvasi lerna malorum hic est vocis incrementum. Hinc rectè Vir Cl. Chr. Ravius: *Etiamsi, ait Orthogr. & Anal. p. 96. Elias Levita in lib. Hobbachur Orat. 3. c. 2. qvatuor ponat causas ob qvas nomina mutentur &c. tamen ista qvatuor non sunt causæ, sed solum loca causarum, ubi eæ occurrunt, non qvod causentur. Nam in hisce qvatuor locis semper accentus desinebat à consonâ unâ ad alteram. Ergo motus accentus est causa mutationis & locus ejus motus ex parte reperitur in istis qvatuor. Præter qvæ 4. loca sunt vel dena alia, ubi idem freqventissimè fit.* Consulatur de præsenti argumento laudata à nobis antea Viri nobilissimi *Dn. Joh. Erici Ostermanni* de fundamentis punctationis dissertatio.

Qv. IX.

Cujus originis & autoritatis sint accentus?

Resp. Accentuum ratio multis seculis à plerisq; vel ignorata penitùs vel non satis intellecta fuit. Nec qvæ seriùs vel ab Ebræis, Autore שער הנגינות, R. Calonymo *Append. ad Gramm. Balmesii de Accentibus*, Elia Levitâ in טוב טעם R. Juda Ben Bilham in טעמי המקרא; velà Christianis, Reuchlino & Seb. Münstero *L. de Accentibus*, Val. Schindlero *Gramm. l. 4 de Prosodia*, Aug. Seb. Nonzen *l. de lit. vocum & Accent. Ebr. naturâ*, Avenari *Gr. P. 2 p. 344. s.* Fr. Junii *Gr. l. 4.* Christ. Helvici *Gramm. P. 4.* Joh. Buxtorfii *Thes. l. 1. c. 5.* Nic. Petræi *de Regibus, ducibus & ministris Ebræorum, s. de accentibus*, Is. Gronbecci *Inst. Accentuum*, Abr. Gibelii *Artific. accentuum* aliisve allata sunt, omnibus faciunt satis. Ebræorum enim libri

bri à Christianis vel infeliciùs vel certè timidiùs versantur: cæterorũ conatibus non pauca deesse videbantur. Penitiùs accentuationis arcanũ inspexit CL *Sam. Bohlius*, ut testantur ejus *Tabulæ 8. 9. 10. 11. 12. 13. Dispp. de accentibus & ἀνέκδοτ@ Apodixis accentuatoria* aliaq; fortè nobis ignota. Huic succenturiatus est Vir verè Augustus Ebraizantium nostri temporis Phœnix & Theologus summus *D. D. Varenius*, Patronus noster venerabilis, doctissimis suis dissertationibus. Successit *M. Casparus Ledebuhrius* ediditqve שלשלת המקרא *Catenam SSæ. s. de natione accentuum.* Hunc exceperunt alii CL. D. D. Matthias Wasmuth. *Instit. methodicâ, accentuationis*, CL. Phil. Lud. Hanekenius *eruditione de accentibus* & nuperrimè omnium Clamerus Florinus *doctr. de Accent. divinâ.* De isto qvidem scripseramus, non attigisse eum satis σχέσιν & τάξιν mutuam accentuum. Id Vir CL. tam ægrè tulit, ut programmate contra nos velitandum duxerit. Ipse tamen se ista tractatione non attendisse respectum ordinemque integri versus candidè fatetur. In qvâ confessione nos facilè acqviescimus, nisi forte otii & qvietis impatiens nobis imposterum pergat esse molestus. *Clamerus* verò ut hoc velut obiter addamus suâ versuum anatome in *sectiones, membra & submembra, artus & subartus, portiones & subportiones, frustula & subfrustula, scrupulos denig; & atomos*, sic & signaculis *bicruciariis, cruciariis cipparis, uncinariis, assulariis*, plures huic doctrinæ anfractus in duxisse videtur. Judicent cordati. At verò hæc omnia eo jam animo recensuimus ut innueremus, magna inde apud multos præjudicia accentibus SSæ conflata esse, qvod eorùm usus fugeret plerosque. Vindicias autem luculentas in hunc finem paravit Vir CL. D. D. Wasmuth, qvibus nos nihil addimus. Qvanquam enim animus fuisset *Helmontii* decem ratiunculas hac vice lustrare, eas ipsas tamen à viro isto Clarissimo dudum elisas putamus. Id nobis semper displicuit accentus à Cappello pro nescio qvorum Tiberiensium ignobili fœtu haberi. Aliàs nec nihil

iis tribuimus, nec omnia. Medio tutissimus ibis. Θεῖον tamen sub esse iis, piè credimus.

Qv. X.

An ullus olim accentuum usus fuerit Musicus?

Resp. Distingvimus hîc ante omnia inter accentus *prosaicos* & *metricos*. Accentuum prosaicorum usus duplex est 1. ut dirigat nexum periodi 2. ut moderentur prolationem vocum. Ratio: Si enim periodi nexum tantùm dirigerent, utiq; accentus distinctivi semper distingverent & conjunctivi semper conjungerent. Cum verò neutrum perpetuò fiat, patet Spiritum Sanctum simul intendisse per accentus, moderamen sermonis atq; emphaticam nec rerum divinarum gravitati incongruam prolationem. At accentuum metricorum præter duos memoratos adhuc alius sit usus oportet. Nam idem textus E. c. qvi *Psalm. 18.* metricam. *at 2. Sam. 22.* prosaicam sustinet accentuationem; aliqvando diversæ proportionis accentus habet, id est, sæpe hic ministrum, illic Dominum & contrà. Illa diversitas accentuum non potest dici destinata diversæ pronunciationi, nec diverso sermonis generi: nam qvomodo aliàs idem textus posset sustinere simul accentuationem metricam & prosaicam simul? Nos citra cujusqvam præjudicium putamus accentuationi metricæ præterea inesse μεσοχόνη, non qvod expresserint sonos qvâ tales & formaliter, ut putant Apellæ, qvi totam SSam ex accentibus tàm misero carmine disperdunt, ut omnem catulorum chorum concinuisse dicas. Sed si conjecturæ in liberâ Republicâ locus est & venia, fortassè direxerunt sonos ratione intensionis & remissionis, partim ratione mensuræ, partim ratione interjecti silentii: id est indicarunt, quando intendendus cantus & remittendus, quando &

do & qvamdiu continuandus sonus, quando intercipiendus pausâ, vel aliter. ταῦτα μὲν μοὶ δοκοῦντα. Assensum præbeat, qvi velit. Neminem cogimus,

Qv. XI. & ult.

Qvæ sit ratio duplicis accentuationis decalogicæ?

Resp. Uno verbo: duplex ejus distinctio, sc. juxta versus & juxta præcepta. Nam qvodlibet præceptum Spiritus Sanctus peculiari accentuum catenæ includere voluit. Cum itaq; qvædam præcepta, utpote prolixiora in æqvabili ad cætera proportione uni versui includi non possunt, hinc per aliqvot pericopas accentuatione continuâ instruuntur, ita tamen ut pericoparum accentuationi nihil decedat. Sic primum præceptum per qvinque à secundâ pericopas continuatur, tertium per quatuor. Cum qvinâ ergo trinâve accentuatione pericopes concurrit accentuatio unius præcepti. Contra qvædam præcepta ob brevitatem integro versui non sufficiebant: Unde distinctam qvidem nacta sunt accentuationem, at ob istam brevitatem per alium accentuum nexum in unum versum compacta sunt. Hinc quatuor præceptorum sc. qvinti, sexti, septimi & octavi distincta accentuatio concurrit cum unâ accentuatione pericopes. Adeoque duplex est ista accentuatio, qvia respectus simul habetur ad præceptorum & proportionatam versuum distinctionem. Ubi verò præceptum nec excederet nec deficeret à qvantitate justæ pericopæ competente, eadem est præcepti & versus accentuatio. Hinc præcepta qvædam, ut secundum & qvartum, &c. simplicem modò accentuationem sustinent. Demonstravit inde veram divisionem Decalogi ex infallibili principio accentuationis *M. Samuel Boblius*. Cujus rationes refellere conatus est CL. Buxtorfius

fius *Diss. de Decalogo* §. 64. *& seqq.* & exinde desumsit qvæ contra Bohlium urget CL. Hackspanius *in Not. Bibl. ad Ex. 20.* si enim Bohlii opellam vidisset ipse, non tribueret ipsi tàm constanter nomen *Johannis.* Sed nunc angustiâ temporis excludimur, qvo minùs exceptionibus Buxtorfianis, qvibus tamen supra dictis jam incisus nervus est, sigillatim satisfaciamus. Reservatur ista opera conflictui & commodiori, ξὺν ἀγαθῇ τύχῃ παλάμᾳ, occasioni.

TANTUM EST.

I. N. J. C.

SYNOPSEOS SELECTIORUM E PHILOLOGIA SACRA QVÆSTIONUM

PARS PRIMA,

Cujus

DISPUTATIONEM QVINTAM

De

ANALOGIA LINGVÆ SANCTÆ,

PRÆS. M. AUGUSTO Pfeiffern/

Lawenb. Saxone, Fac. Phil. Adjuncto,

Publicæ συζητήσει sistit

JOHANNES SCHREIBERUS, Fürstenav. Neo-March.

In Aud. Maj. ad d. 31. Aug. Horis antemeridianis.

הקדמה:

DUm præsentes circa Analogiam Ebraicam quæstiones expendimus atq; expedimus, judicabunt forsan non pauci nos parum profutura Reipublicæ movere litigia. Sunt n. quorundam stomachi ita nauseabundi, ut cum talia nunquam delibare velint, etiam vix ferre possint. At culriora quævis ingenia præcipuam quidem rerum, vocum tamen non planè nullam habent rationem. Præsertim sacras literas feliciter atq; utiliter versaturi & interpretaturi, Grammaticum afferant apparatum necesse est, nisi velint se quandoq; dare turpiter. Graves a. viros nec levissimarum rerum decet ignorantia. Rectè Drusius in hunc sensum *l 4. Præt. p. 123. Hujusmodi*, ait, *observationes, licet leves videantur, non sunt contemnendæ: nam ignoratæ magnas quandoq; tenebras offundunt viris magnis.* Surdis proinde auribus eorum judicia prætervecti, quibus hæc ad palatum minus sunt, nostrum conficiemus institutum & more solemni præmittemus Theoremata adumbrantia analogiæ Ebraicæ methodicum nexum, qui fundatus est in εὐμεθοδικοτάτῳ Grammaticæ *Trostio-Sennertianæ* Systemate, cujus haud asseqvuntur ἀκρίβειαν, & ne rationem quidem, qui existimant tamen *Quod soli sapiant, alii volitent velut umbræ.* Id v. nostrum factum si illi improbent, *qui notionum Philosophicarum generalitatem lingvis minimè servire censent*, suo fruantur genio & suam sibi retineant μεθοδείαν τῆς πλάνης: nos malumus ἐμμέθοδα, quàm ἀμέθοδα.

I. Grammatica Ebraica *est habitus mentis organicus operationes intellectus in vocum Ebræarum apprehensione dirigens ad earundem aptam & concinnam prolationem.*

II. Differentia specifica *desumta est à* Subj. operationis & Fine. Subjectum operationis *vel* Immediatum *est vel* Mediatum. Immediatum *sunt actiones intellectus (qui est* Subj. inhæsionis, *vel si mavis*, perfectionis) *partim* simplicis *s. apprehendentis voces singulas, partim* compositi *s. voces jungentis & coordinantis.* Mediatum *sunt Voces articulatæ & σημαντικαὶ, non propriè quatenus voces, nec præcipuè quatenus significativæ, sub quo formali potiùs ad Lexicam spectant, sed quatenus Grammaticè formabiles sive denominabiles sunt ab instrumentis Grammaticis velut mediis intellectum ab aptam ipsarum prolationem dirigentibus.* Finis *vel* Externus *vel* Internus *est.* Externus, *apta vocum tum separatarum tùm junctarum prolatio, quæ non modò in pronunciatione consistit, sed & in articulatione atq; formatione tùm λέξεως tùm φράσεως.* Internus *ad externum obtinendum ordinatus est organica operationum intellectus per Noëmata secunda directio.*

III. Grammaticæ *(pro diversa ratione Subj. operationis, cui media destinat)* duæ partes *sunt:* Etymologia & Syntaxis. Illa *media pro vocibus separatis*, hæc *pro coordinatis exhibet.*

IV. Etymologia *versatur circa vocis separatæ* Materiam & Formam. Materia *vel* remota *est, sc.* literæ & Puncta, *tùm* vocalia, *tum* non vocalia, *sed lectionem facilitantia: vel* propinqua *nim.* Syllaba, *cui (mediatè, at vocali immediatè,) accidit elevari per* Tonum, *ut alibi ostenditur.* Forma *a. intelligitur* accidentalis & externa, *nam* interna & essentialis *vocis forma est significatio. Hino duæ iterum* Etymologiæ *subordinatæ* partes: Orthographia, *de quâ actum*, & Analogia, *quæ κατ' ἐξοχὴν Etymologia dicitur.* Illa *circa vocis* materiam, hæc *circa* formam *occupata est.*

V. Analogia *versatur circa vocis separatæ* formam in Genere & in Specie. In genere, *dum tradit ejus partim* accidentia communia *vel omninò vel καθ' ὅ τι; Illiusmodi sunt* Species & Figura, *&c. hujusmodi* Genus & Numerus: *partim* communia principia *s. axiomata Grammatica generalia de elementorum præcipuè vocalium conformatione s. de generali mutatione literarum & vocalium.* In Specie, *dum distinctè pertractat partes Orationis.*

VI. Vox

VI. Vox Grammaticè considerata vel est κλιτὴ, *vel* ἄκλιτος. Κλιτὴ *vel* Nomen *vel* Verbum *est. Hoc consignificat Tempus & Personam, illud neutrum eorum. Mediat inter utrumq;* Participium, *unde & nomen habet. Participat n. de verbo Tempus, de nomine flexionem. Ad verbum tamen reducitur, tum ob ordinariam rationem* χρόσεως, *tum quod participet quid de interna verbi ratione.* Ἄκλιτος *est* Particula. *Inde Ebræis tres partes Orationis* Nomen, Verbum & Particula.

VII. Verbum *consideratur quoad Accidentia sua tùm* καθ' ἑ *communia* Genus & Numerum, *ob diversam* χρῆσιν *aliaq; à Nominalibus* κεφάλαια *seorsim tractanda: tùm propria, quæ sunt* Modus, Tempus, Persona. *Temporum v. per personas utriusq; generis & numeri inflexio dicitur* Conjugatio, *quæ propriè Ebræis nonnisi una est, plures tamen dantur* verborum ordines *differentes tum* charactere interno *s. modo significandi, tum* externo, *per literam vel punctum impresso, quorum unum flexionis schema dari potest.*

VIII. Verbum *est vel* Perfectum *vel* Imperfectum. *Illud nullo casu ullam literam thematicam amittit; hoc quandoq;, &, pro diverso objectam compensandi modo, dicitur esse vel* Defectivum *vel* Quiescens.

IX. Nominis *Accidentia* καθ' ἑ *communia sunt* Genus & Numerus; *Propria* Articulus, Casus, Declinatio, Comparatio. *Quæ tn. non omnia dantur in Ebraismo* ἀκριβῶς *loquendo &* formaliter, *sed* materialiter *&* καθ' ἀναλογίαν.

X. Nomen *primò vel* Principale *est vel* Secundarium *sive* Vicarium. *Illud deinde vel* Adject. *vel* Subst. *& hoc vel* Appell. *vel* Proprium *est. Hoc aliàs vocatur* Pronomen. *Est iterum (ratione formæ Grammaticæ, cujus hic semper potior habenda ratio, quàm significationis) vel* Separatum *vel* Inseparabile, *aliàs* Præfixum Affixumve.

XI. Vox ἄκλιτος *s.* Particula *vel* Separata *est vel* Inseparabilis.

QVÆSTIONES.

Qv. I. *Num analogia Ebraica commodè citra omnem vocalium* φθόγγων *tradi queat?*

Resp. Affirmat id Cl. Ravius *Anal. Ebr. p. 84.* & aliam adornandam Grammaticam censet pro Bibliis punctatis, aliam pro non punctatis. Sic ante paucos annos prodiit Olivarii Bulæi Vinsobrii *Methodo Ebraica, per quam*, ut pollicetur autor, *Ebræorum lingva sine punctis facillimè simul & accuratissimè disci queat.* Præsupponit Autor, cum lingvam Ebræam hodie non ob familiarem sermonis consvetudinem, sed ad

ſacrarum literarum intelligentiam diſcamus, perinde eſſe, quomodocunq; voces legantur, modò intelligantur. Hinc literas quatuor quieſcentes א, ה, ו & י in locum vocalium A, E, U, I ſubſtituit. Si nulla ex iis præſtò ſit, nec tamen ſine vocali lectio confici queat, ad pronunciationem ait adſciſci poſſe A, utpote Vocalium naturaliſſimam. Huic hypotheſi ſuam ſuperſtruit methodũ vel potius μεθοδείαν, juxta quam *Pſ. I. v. 1. 2. p. 34.* ita legit: *Ashri eaish a shar la elc bahhatſat rashahhim ubdrac hathaim la hhamad ubmushab latſim la ishab. 2. Ri am baturt Jeve hapatſu ubturtu jege jumam ulile, &c.* At forte parùm ſobrius noſtro judicio erat Vinſobrius, cum iſtam primùm excluderet methodum. Nam 1. Analogia lingvæ Ebraicæ maximam partem à vocalibus dependet. Quæ ergò habemus veri Ebraismi ἐρείπια, extingvit Vinſobrius & introducit lingvam ἑβραϊκοτάτοις, ſi à nobis proferatur, δυσκατάληπτον & filiabus hodieque ſuperſtitibus pro matre vix agnoſcendam. 2. ה contra omnium orientalium praxin per E effert, quibus nunquam vocalem ſonat. 3. Vinſobrianæ methodi præcepta quidem pauca, at nõ minus exiguus uſus & difficilis applicatio eſt. Nam eædem literæ diverſas ſuſtinere poſſunt vocales ſignificationẽ mirum ſæpe in modum variantes. Inde conſonæ abſentibus punctis lectionem obſcuram & lectorem dubium reddunt. Ea obſcuritas ſi non punctatione, tamen pronunciatione tollenda eſt. At nullo modo poteſt juxta Vinſobrium. Namq; ipſe has tres literas דבר legit *Dabar*, ubicunq; vel quomodocunq; occurrant. Jam verò legi poſſunt דָּבַר, דָּבָר, דִּבֶּר, דַּבֵּר, דֶּבֶר, דֹּבֶר &c. Dum ergò Vinſobrius ubiq; legit *Dabar*, annon innumeras introducit in lingvam Ebræam homonymias, quibus carere poſſumꝰ, ſi diverſas iſtas lectiones vel punctis vel ſaltem voce diſtingvamus? Eruditus lector judicet.

Qv. II. *An in lingva Ebræâ nulla dentur Anomala?*

Reſp. Nulla dari in lingva Ebraica Nomina & Verba Anomala, nullà Imperfecta, Cl. Ravii aſſertio eſt *Anal. p. 84.* Nos licet lubenter fateamur pleraſq; Anomalias eſſe quoad nos, nec niſi cogente neceſſitate ad anomaliam (velut ignorantiæ aſylum) confugiendum eſſe cenſeamus, tamen, prout lingvam Ebræam hodie habemus, quandoq; concedendas eſſe putamus formas monadicas & quæ ſub cõmunem regulam cogi nequeant. E. g. cum ex לָקַח fit אֶקַּח, ex אוּכַל יָכֹל &c. Sic הֶתְפָּקְדוּ &c. quomodo n. in talibus ſe quis expediet, niſi vel ad ficta themata vel ſteriles regulas confugiat? Quin verſis alibi velis Cl. Vir Anomalas

las ipse dicit formas, quæ nobis maximè sunt Analogæ in punctatis Bibliis. Conf. *p. 54. & seqq.*

Qv. III. *An* Katban *à Masorethis circello notata meræ sint Anomaliæ Grammaticæ?*

Resp. Ita sentit Vir Cl. Wasmuthus *Gramm. Ebr. R. XXXI. p. 116.* & putat, quomodocunq; habeat כתיב, ex lingvæ ὀρθοεπείᾳ & ὀρθογραφίᾳ esse. Ergò *Wasmuthus* τὸ קרי nunquam præferendum τῷ כתיב censet. Contrà alii τὸ קרי semper præferunt. *Brougthonus* & כתיב & קרי firmissimis niti rationibus ait. Idem fortè in animo habens *Junius* lectionem utramq; in sua versione sæpe jungit. Quin & Cl. Wasmuthus כתיב & קרי miscenda quandoq; vult. Nam *p. 122.* יך *1. Sam. 4.* ait simul esse pro יַד & pro יָךְ. Sic *Jos. 22.* מְעֵבֶר pro מֵעֵבֶר & בְּעֵבֶר &c. At annon sic unius numero vocis duplex datur lectio & literalis sensus? Judicent cordati. Nobis placet regula Laur. Fabritii: *Tamdiu dominetur* כתיב, *donec* σφάλμα *fuerit deprehensum.* Tum præstat sequi τὸ קרי, ut & quandoq; quanquam rarius, fecit B. Lutherus. Interim qualis lingvæ Ebraicæ ὀρθογραφία & ὀρθοέπεια sit cum E. c. כתיב habet גָּבוֹל pro גָּדוֹל, בֵּאדָם pro מֵאָדָם, מִלְּבֹר pro מִלְּבוֹ, אֱלֹהִיךָ pro אֱלֹהִים, מְעֵבֶר pro בְּעֵבֶר, שׁוּמֹעַ pro שְׁמוֹעַ, אֲשִׁמָּה pro אֲשִׁימָה, sic cum integrarum desunt vocum literæ, cum integræ voces abundant, non satis videm9. Sufficit, quod vera lectio ex emendatioribus codicibus à Masorethis restituta & margini addita sit. Et si animus fuisset anomalias Grammaticas circello notare, quidni multo plura קרין fecissent, cum longè plura sint anomala? Nostræ potiùs sententiæ de כתיב & קרי favent Glassius *Phil. Sacr. P. 1. p. 4. s.* Fabritius *Part. Cod. Ebr. p. 13. s.* D. D. Calovi9 *Crit. Sacr. p. 373. s.* Buxtorfius *Anticrit. P. 2. c. 4.* Joh. Ern. Gerh. *ad Schick. p. 26. &c.* Faveat per nos Wasmuthicæ, qui velit.

Qv. IV. *An omnis radix apud Ebræos sit verbalis?*

Resp. Si de particularum originatione quæstio sit, certum est, eas aliquando ob suam exilitatem radicem verbalem haud agnoscere. Nam radix & plurium literarũ & amplioris significatus esset quàm derivatum. Cumq; particulæ inseparabiles saltem nulla radice verbali gaudeant, facile patet particulæ non repugnare, esse primitivam. Unde nequicquam *Elias Hutterus* etiam minutissimis particulis radices verbales adsignat in editione sua Bibliorum, ubi (in gratiam, ut videtur, ignorantiæ fratrum) literas radicales absentes restituit supernè, præsentes colore à servilibus distinxit. Sic כִּי deducit à כיה, מִן à מנן, אֶל ab אלה, אֵל ab אלל, כֹּה à כוה, אִם ab אמם, גַּם à גָּמַם, אוֹ ab אוה,

אֲנִי ab אֲנִי, אוֹתוֹ ab אֵת, אֲנָא à נָא, & pronomina מִי & מָה à מִיה, זֶה à זוֹ &c. At his inducatur utcunq; color: fruſtrà tamen erunt illi Vacunæ famuli, qui totam ſuam fidem in ſcientiam Ebraicam Eliæ Hutteri reſolvere velint. Nam quandoq; nec ſibi conſtat. Sic שָׁם *Ruth. 1. v. 4.* à שמה derivat, alibi è שמם. Sic אַפּוֹ *Eſ. 9. 21.* à r. אפף, alibi ab אנף. Sic חַיִּים & חַיָּה quandoq; ex חיה, alibi per abſurdè ex חיי. Conf. *Gen. I. 20. 25. 29. 30. Job 3. 20. & c.* Sæpiùs alienas planè radices vocibꝰ attribuit. Si שַׁמְתָּ *Job. 2. 3.* deducit à שמם, quod tamen eſt à שום. Sic נָשִׁים ab אֲנָשׁ, cum ſit à נָשָׁה. Sic שֵׁשׁ ubiq; derivat à ששש quod horrendum radicis monſtrum nemini unquam Ebræorum in mentem venit. Cum enim in Piel extet שִׁשָּׁה, vel Kal olim fuit שָׁשָׁה vel certè שֵׁשׁ eſt vox primitiva, indeq; ortum שִׁשָּׁה. Interim utrum omnia *Nomina* agnoſcant radicem verbalem, nondum ἔξω πάσης συῤῥάξεως κείμενον videtur. Dari poſſet nonnullis, etiam Ebræis, nomina quædam & primitiva eſſe & originem dediſſe verbis. Extant n. talia nomina, quæ & materialiter & formaliter verbis conjugatis ſimpliciora ſunt. Exemplo ſit nomen שֵׁשׁ, de quo antea, quo verbum Piel ſive ſignificationem ſive elementa ſpectes, amplius eſt. Radicis a. in Kal nulla comparent veſtigia ſeu in Ebræa ſeu in cognatis lingvis. Poteſt tamen fieri, ut nomen hoc illudve olim radicem verbalem agnoverit, hodie deſvetam. Unde radices verbales non abrogandæ omnibus nominibus, quæ iis hodie carent. Radix quippe ſæpiuſculè in aliis lingvis ſuperſtes manſit & ſic non periit funditùs.

Qv. V. *An omnis radix ap. Ebræos ſit triliteraꝛ?*

Reſp. Aſſerunt id non pauci, & putant quidam myſterium ſub eſſe, uti Lud. Carretus, converſus Judæus, *de Viſionibus DEI* inde argumentum petiit ad probandam SS. Trinitatem. Eodem inclinant Sant. Pagninus *Inſt. Ebr. p. 207.* & W. Schickardus Ebr. Trichter *p. 81.* Nos ante omnia diſtingvendum putamus inter radicem Particulæ, Nominis & Verbi. *Particula* quandoq; unicâ conſtat literâ & tum per ſe ſubſiſtere neſcia aliis ſe adjungit vocibus. Aliquando duabus literis conſtat & tunc ad triliteram radicem verbalem non ſemper revocabilis eſt. *Verborum* radix vix alia quam trilitera eſt. Verba formæ פּוֹעֵל E. g. שׁוֹפֵט, לוֹשֵׁן, זוֹרֵם, ut & geminantia unam alteramve radicalem E. g. חָמַרְמַר, קָרַקַר, כִּרְכֵּר, כִּלְכֵּל, גִּלְגֵּל &c. hic nullam faciunt exceptionem, cum deſcendant è triliteris radicibus. Paucisſima quatuor diverſas

ſas radicales habent. Duo ex Elia habet Bellarmin9 ſc. כרבל & כרסם, & præterea nulla fortè dari putat. Aſt duo alia nim. רטפש & תחרה addit Abr. Gibelius *in ſtrigili Err. 81.* Quintum eſt פרשז *Job. 36. 9.* Hæc verò partim non οἰκεῖα, partim è triliteris oriunda alii volunt. Conf. Elias *Or. 4. fund. 13.* Pagninus *Inſt. p. 207.* Röſſelius *Can. 80.* Imperfectis talia accenſet Altingi9 *Fund. punct. 80.* Bilitera verba multò minùs concedimus. Fruſtrà à *Non-nemine*, cujus nomen dignum eſt, quod in arena ſcribatur, qui hic loci ante annos non ita multos radices triliteras derivativas eſſe contendebat, huc accerſebantur formæ קס & סב, quarum hæc non expanſa ſed contracta eſt, illa radicem integram non exhibet. Dum v. inde, quod omnis radix Ebræis trilitera, Cl. Ravius *p. 81.* & Helmontius *de Alphab. Ebr. naturali p 96.* certum radicum Ebraicarum numerum definiunt, in aëre, quod pace eorum dictum ſit, venari videntur. Cl. Ravius radices naturales in qualibet lingva vel dialecto orientali numerat 8000. *Nam*, ait, *20. ducto in 20. facit 400. ergò omnes Alphabeti literæ inſimul ſumtæ, ſunt autem 20. habebunt 8000. 20. in 400. ductis.* Helmontius ex Hutteri hypotheſi radices ejusmodi numerat 13248. quarum tamen 2117. tantum actu uſitatæ ſint. Verum licet totidem poſſibiles literarum trium compoſitiones concedamus, non tn. totidem oriuntur dabiles lingvæ Ebrææ radices, ut de uſitatis vel jam vel olim non dicamus. Nam certæ literæ dantur, ut ו & ן, quæ ultimam radicalem nunquam conſtituunt, ut nec ן primam. Sic eadem litera ter repetita vel poſita nunquam facit radicem; ægerrimè prima radicalis ſecundæ ſimilis eſſe poteſt. Et ἐξαγώνιον eſt multas poſſibiles radices nunquam uſitatas fuiſſe. Hinc tot in *Cubo Hutteriano* lacunæ, magnam partem inexplebiles. Ergò numerus radicum olim uſitatarum hodie definiri nequit: poſſibilium enumeratio inutilis eſt. *Nomina* tandem quod attinet, ea ternarium radicalium numerum perpetuò ſervare non videntur. Pluſcula n. è quatuor pluribusve radicalibus conſtant E. g. nomina ignobiliorum animalculorũ quorundã סלעם *Bombyx*, עכביש *Arenea*, עכבר *Mus*, עכשוב *Aſpis*, עטלף *Veſpertilio*, עקרב *Scorpio*, פרעש *Pulex*, צפרדע *Rana*, הרגול *Cantharus*. Sed quædam ex iis peregrina, quædam haud ſimplicia ſunt. Ordinariè proinde & nominis thema triliterum eſt. Matris æmulæ in literarum radicalium numero utcunq; ſunt lingvæ cognatæ Chaldæa, Syriaca, Samaritana, Arabica, Æthiopica. Cæteræ planè inconſtantes videntur, cum primis Ægyptiaca, quæ radicem verbalem admittit promiſcuè μονόγραμμον

E. g.

E. c. τ *dare*, ι *venire*: biliteram E. c. ϲω *bibere*, χω *linquere*: triliteram E.c. κωτ *ædificare*, ολι *ferre*: τετραγράμματον E.c. αναυ *videre*, μοϟι *ambulare*: & πεντεγράμματον E.g. ϲωτεμ *audire*, ϟωλεμ *rapere*, &c. Sed hæc in gratiam Φιλογλώττων ὡς ἐν παρόδῳ.

Qv. VI. *An cujusq; radicis formale significatum omnibus derivatis communicabile suppeditari queat?*

Resp. Cl. Bohlius edidit aliquot Disputationes *de formali significationis eruendo in explicatione Scr. S.* è quibus duodecim ad nostras pervenerunt manus. Ponit illic Vir Cl. hoc velut fundamentale axioma: *Omnes voces, quæ descendunt ex radice, debent habere idem formale radicis.* Vult nim. omnes radices habere unum formale, generale & abstractum significatum, quod communicari queat omnibus derivatis si non semper propriè, tn. κατ' ἀναλογίαν. Id assertum confirmat multis exemplis. Sed & jam ante eum Junius *Gram. p. 40.* dixerat: *Primitiva omnia cum suis conjugatis semper communicant significationes, sive id propriè fiat, sive figuratè.* Et Nic. Petræus in Lexico Grammaticæ subjuncto formalia significata eruere & derivatis applicare conatus est; quod promiserat, sed non præstiterat Junius. Nos, quanquam concedamus radicem, uti literas, ita & significationem communicare derivatis, tamen non satis probatum ab ullo putamus, quod lingva Ebræa planè nullas radices habeat purè æquivocas, quibus vix ulla lingva caret. Si verò quædam dentur radices æquivocæ, sequitur non posse abstrahi unum formale significatum omnibus omninò derivatis communicabile. E.g. דָּבָר est *verbum, res.* דְּבִיר *adytum.* דֹּבֶר *caula*, דְּבֹרָה *apis.* דְּבָרוֹת *rates.* דֶּבֶר *pestis.* מִדְבָּר *desertum.* Una radix omnium דָּבַר. Hujus num unum generale & formale significatum dari idq; deduci queat vel propriè vel per comodam analogiam in omnia derivata recensita, dispiciant alii. Interim damus radicem æquivocã in sua æquivocata divisam deinceps derivatis diversam significationem communicare. Conf. Joh. Cothmanni *Def. circà quæst. de matrimonio Comprivign. c. 1. p. 4.*

Qv. VII. *An tertia Præteriti rectè ponatur loco radicis verbalis?*

Resp. Affirm. Quia (exceptis verbis quiescentibus A in Vau) in omnibus verbis tàm perfectis quàm imperfectis exhibet & omnes & solas radicales. At verò Joh. Gravius *Elem. lingv. Pers. p. 44.* consultiùs Infinitivum loco Thematis poni autumat, idq; ob verba quiescentia A in Vau: cum in cæteris Infinitivus absolutus, qui vocatur, etiam contineat omnes & solas radicales. Nos tamen tertiam Præteriti retinendam putamus, cum infinitivo verborum cumprimis imperfectorum t usitatior.

Qv. VIII. *An*

Qv. VIII. *An tèrtia radicalis verbi possit esse litera Jod?*

Resp. Quæsitum rectè negat Aben Esra *ad Exod. I. 16.* quem sequitur Buxtorfius *Lex. p. 222. & Thes. p. 262.* Contrà sensit El. Hutterus, qui חַיָּה sæpe deducit ex חיי. Sic excusationem non mereri ait Gibelius *Strig. §. 116.* quod Bellarminꝰ חַיִּים derivet à חיה. Fundamentum assertionis quærunt in voce חַי, quæ usum verbi alicubi habere videtur & referre formam סַב. At verò חַי nomen est, quanquã materialiter quandoq; exprimat verbum. Conf. *Gen. 16. 14 Num. 14. 21. &c.*

Qv. IX. *An nomen præmittendum sit verbo?*

Resp. *Kimchi uterq;, Elias, Balmesius, Chabib* & communiter Ebræi tres constituunt orationis partes שם *Nomen*, פועל *Verbũ* & מלת הטעם *Particulam. Articulus* n. affectio Nominis est. *Pronomen* vicarium Nominis: *Participium* reducitur ad Verbum. *Particulæ*, cum hic influxu suo aliis orationis partibus eam non inducant mutationem, quam in lingvis aliis, in plures classes haud deducuntur. Cæterum Particulæ pleriq; ultimum adsignant locum. Præponit tamen eam Schindlerus, & ad Nomen reducendam vult Cl. Ravius *p. 85. 86.* At in nominis & Verbi ordinatione non consentiunt Grammatici. Nomen Verbo præmittunt *M. Kimchi, Chabib, Abr. de Balmis, R Benjamin f. Juda, Pagninus, Junius, Buxtorfius, Martinius, Cevallerius, Waiganmeir, Petræus, Schickardus, Waserus, Waltherus, Mehlfürer, Scherzerus, Hanekenius, Hottingerus, Ravius, Wasmuth, Altingius, Bohemus*, alii: at verbum Nomini *Elias, Erpenius, Schindlerus, Trostius, Sennertus, Dilherrus, Neander, Clenardus, Clajus, Gvalperius, Baldovius, Bohlius* & alii. Rationes illorum sunt 1. quod Nomen in ordine constructionis prius sit Verbo, ut Subjectum Prædicatô. 2. quod Nomen sit simplicius, quia non adsignificet Tempus & Personam. 3. quod Nomen sit facilius. 4. quod Participium, quod ad verbum reducitur, sine Nominis προγνώσει comodè tradi nequeat, juxta cujus quippe normã flectatur. Rationes horũ sunt 1. quod Verbum sit natura prius, cum Nomen, si non perpetuò, tamen utplurimum ex Verbo oriatur. Ordo a. doctrinæ debet sequi ordinem naturæ. Et ut res est in essendo, ita & in cognoscendo. 2. quod Nomen sequatur Verbi analogiam. Nam si verbum sit perfectum, & Nomen tale erit; contrà, si illud sit imperfectum. Ut nostrã addamꝰ ἐπίκρισιν, ob rationes datas rectè censemus præmitti Verbum, ita tn. ut docentis prudentiæ committatur, quid primo ultimove loco tradere velit.

Qv. X. *An formæ verborum mixtæ inferant mixtam significationem?*

Resp. Notant Grammatici in sacro codice formas verbales mixtas, 1. *è Charactere diversorum idiomatum* Chald. & Ebr. ut הֶאֱזִנִיחוּ Es.19.6. 2. *è diversis ordinibus verborum*, ut אֶקְרָאֶה 1.Sam.28.15. ex קרא & קרה. הוֹשִׁבְתִּים Zach.10.6. ex שוב & ישב. הֵטִבֹתִי Ezech.36.11. ex טוב & יטב. אֵבוֹשׁ &c. ex בוש & יבש. 3. *è forma activa & passiva*, ut הִנְדֹּף Ps.68.3. הֻנִּיחָה Zach. 5.11. 4. *è diversis Conjugationibus*, ut Kal & Piel יִרַדֹּף Ps.7.6. Kal & Hophal הוּלֶדֶת Gen.40.20. Ezech.16.4. Kal, Hophal & Hitpael הָתְפָּקְדוּ Num.1.47. Niphal & Püal נוּלְדוּ 1. Par. 3.5. נְגֹאֲלוּ Thr.4.14. Niphal & Hitpael נִיסְּרוּ Ezech.23.48. נִכַּפֵּר Deut.21.8. Püal & Hitpael מִנֹּאץ Es. 52.5. הִתְגֹּעֲשׁוּ Jer.25.16. Hophal & Hitpael הֻכַּבֵּם Lev.13.56. הֻדַּשְׁנָה Es.34.6. הֻטַּמָּא Deut.24. &c. 5. *è diversis temporibus*, ut Præt. & Futuro וַתָּבֹאתִי 1.Sam.25.34. אֶגְאַלְתִּי Es 63.3. Præt. & Part. Præsenti מִשְׁתַּחֲוִיתֶם Ez.8.16. מְקֻנַּנְתִּי Jer.22.22. יוֹשַׁבְתִּי &c. 6. *è diversis personis*, ut I. & II. תִּרְגַּלְתִּי Hos.11.3. 7. *è diverso numero*, ut נֵאשֵׁאר Ez. 9.8. 8. *ex utroq; genere*, ut מַבְלִיגִיתִי Jer.8.18. יַעֲמֹדְנָה Dan.8.22. יֶחֱמְנָה Gen.30.38. יִשַּׁרְנָה 1.Sam.6.12. Conf. Balmesius *R 6.seq.* Buxtorfius *Thes. p.103.115.125.128.129.133.135.146.147.148.149.195.204.205.212.225.244.294.* Schindlerus *p.216.* Hottingerus *Erot.p.135.* Wasmuth *p.199.* & alii. Num a. talis mixta forma inferat mixtum sensum, non injuria quæritur. Nos respondemus 1. de multis exemplis litem adhuc sub judice esse. 2. de quibus res certa, adhibita esse לקצר הלשון ולצחותו singularis emphaseos & compendii causa. 3. Satiùs tamen in plerisq; esse agnoscere simplicem vocis anomaliam, quàm recurrere ad σύμμιξιν significatuum. 4. Si tn. eam res exigat, vocem concipiendam ut multiplicabilem, s. potestate plures complectentem: aliàs n. nonnisi unus unius vocis sensus & significatus est. Conf. Glassius *Phil.Sacr.l.3.tr.3.c.31.*

Qv. XI. *Quot dentur Ebræis Tempora?*

Resp. Ebræi Modos & Tempora Verbi jungentes numerant sex פעולות *s. Operationes:* עבר *Præteritum*, בינוני *Partic. Præsens*, פעול *Partic.Præt.* מקור *Infinitivum*, צווי *Imperativum*, עתיד *Futurum*: quæ tn. minus benè à quibusdam (quos sequitur Cl. Wasmuthus) vocantur totidem *Tempora*, ut rectè notavit Balmesius. Unde & gratis quatuor Tempora Ebræis dixit esse Clenardus. Tria aliàs Verbi Finiti Tempora in genere agnoscunt omnes lingvæ: *Præteritum, Præsens, Futurum.* Totidem Ebræis tribuunt Schindlerus, Alstedius, Hottingerus, alii. Quanquam n. non dentur in uno modo explicitè, dantur tn. in Verbo,

quà

quâ ἐν πλάτει Participium comprehendit. Quod aliàs Præsens explicitè ap. Ebræos non detur, nonnulli inde esse putant, quod nõ tàm tempus sit, quam copula Temporis. At Præsens verum tempus esse probat B. Sperlingius *Inst. Phys. l. 2. c. 6. qv. 2.* Summa: datur Præsens temp9 Ebræis implicitè, quia exprimitur per Præt. & Futurum, & materialiter, quia circumscribitur per Participium & Pronomen: non datur in verbo finito explicitè & formaliter.

Qv. XII. *Quot agnoscant Ebræi Conjugationes Verborum?*

Resp. Conjugatio Ebræis revera nonnisi una est. Ratio: Quia unus datur modus inflectendi Tempora Verbi per numeros & personas. Agnoscunt id *B. Trostius, Exc. Sennertus, Baldovius* & accuratiores quiq;. Sic & una est Chaldæis, Syris, Samaritanis, quibus aliàs tres: Arabibus, quibus tredecim: Abyssinis, quibus *Jac. Wemmerius* quatuor, *J. E. Gerhardus* novem & *Jobus Ludolfus* decem adscribunt: quin & Persis, Turcis, Coptitis &c. Ast jam quæritur potiùs, quot dentur ap. Ebræos distinctæ significationũ classes ex una radice charactere diverso mediante ortæ? Christiani communiter hoc sensu quatuor constituunt Conjugationes, duas leves & duas graves. Videantur *Munst. Jun. Aven. Erp. Schindl. Buxtorf. Trost. Mart. Waiganm Neand. Clen. Glaß. Cevall. Gvalp. Senn. Clajus, Boblius, Amama, Petræus, Scherz. Hotting. Wasm. Hanek.* &c. Alii activas à passivis divellentes septem faciunt, tres activas, tres passivas, unam reciprocam. Ita R. Sal. Jarchi *in* לשון למורים citante Balmesio, Elias Levita *in* ס' הבחור, *Alstedius, Schickardus, Ravius, Altingius*, aliive. R. Dav. Kimchi *in* מכלול & Mos. Kimchi *in* מהלך שבילי הדעת numerant octo hasce: *Kal, Niphal, Piel, Pual, Hiphil, Hophal, Poel, Hitpael.* Sic & *Bellarminus*, strigili idcircò exceptus à *Gibelio*. At veteres, teste Balmesio, *R. Juda Chiug*, quem ראש המדקדקים vocat, *R. Jona, Aben Ganach, Aven Esra, R Joseph Kimchi* RR. Davidis & Mosis Pater, sic & *Ephodæus* aliiq; sex modo recensuerunt h. m. *Kal, Hiphil-Hophal, Piel-Pual, Poel, Niphal, Hitpaël.* Hos sequitur *Pagninus*, suamq; sententiam fusè propugnat. *Balmesius*, qui itidẽ susissimè de præsenti controversia agit, constituit novem Conjugationes simplices, sex activas *Kal, Hiphil, Piel, Poel, Niphal, Hitpael*; tres passivas *Pual, Poal, Hophal*; quib9 addit duas compositas *Hotpael & Nephoal*, ut in universum adeò essent undecim, vel decem, si *Pual* non distingvatur à *Poal*. Nos cum doctis Christianis retinemus quatuor h. m. *Kal-Niphal, Piel-Pual, Hiphil-Hophal, Hitpaël.* Præsupponimus a. 1. Conjugationes hic non enumerandas esse pro diversa flexione. Sic n. una foret. 2. Nec pro diverso charactere externo.

Sic n. minimum quinq; essent, nam Niphal à Kal charactere differt. 3. Nec pro diverso statu & punctatione literarum radicalium. Sic n. quadraginta & plures forsan dari possent, cum in verbis imperfectis literæ radicales aliquando pereant, aliquando alia habeant puncta. 4. Passiva non esse discerpenda ab activis, idq; è consensu fermè gentiũ. Sic in lingva Latina Græcave activa & passiva ad unam Conjugationem constituendam junguntur, quanquam diversum habeant flectendi modum. 5. Formas monadicas & insolentiores nõ augere numerũ conjugationũ: quod n. rarò fit, in regulam trahendum protinus nõ est. In specie formã *Poël* ad Piel reducunt Elias, Buxtorfi9 *p. 119. 217.* Erpeni9 *p. 104.* Martini9 *Technol. p. 124* Hottinger9 *Erot. p. 69.* Sennert9 *p. 59.* Walther9 *p. 176.* Wasmuth. *p. 96.* aliive. Et rectè noravit Coddæ9 *ad Mart. p. 170.* formam Poel in perfectis rarissimam esse. Sic nec in geminantibus Ain perpetua est. Forma קוֹמֵם a. huc referri solita non tàm est פּוֹעֵל quàm פּוֹלֵל.

Qv. XIII. *An detur Enallage Numeri in prima persona verbi?*

Resp. Asserunt id Judæi & Sociniani eo fine, ut eludant locum è *Gen. I. 26. & c. XI. 7.* ad probandam personarũ divinarum pluralitatẽ adduci solitum. Probant v. è locis sequentibus *Gen. 29. 27. Num. 22. 6. 2. Sam 16. 20. Job 18. 2. Cant. I. 4. Dan. 2. 36. 1. Reg. 12. 9.* Addunt in speciem 1. cum detur Enallage Numeri in secunda & tertia persona, quidni etiam in prima? 2. Ferè omnes lingvas Enallagẽ Numeri in prima persona admittere. At v. loca ab iis adducta omnia excusit Glassius *Phil. S. l. 3. Tr. 3. c. 51.* & contra istam Enallagen fusè disputavit B. Jac. Wellerus *Spicil. Qv. Syro-Ebr. 2. qv. 1.* Rationes additæ nõ stringunt; nam nec à secunda tertiave persona ad primã necessaria est collectio, nec aliæ lingvæ præjudicant Ebrææ. Quin etsi Enallagen talẽ ἐκ φθορᾶς cum Exc. Dn. Sennerto *Idiotism. p. 50.* concederemus, nil tn. omninò citatis initiò decederet locis. De priori ulterius conf. Helvic9 *Diss. Gies. T. 4. diss. 10. p. 214 s.* D. Jac. Mart. *de tribus Elohim l. 1. c. 8.* Haveman. Wegeleucht. *p. 500 s. & in Theognosia c. 2. §. 11.* D. D. Calovius *in Anti Grotio & T. 3. Syst. p. 46.* Feurbornius *in Anti-Enjedino p. 7.* Hackspanius *Not. Bibl.* D. Müllerus *in Judaism. p. 1153. seq.* Hottinger9 *in Hexaëm. p. 246. s.* Coccejus *in Sanhedr. p. 225 s.* Rivet9 *Exerc. 4. in Genes.* Hoornbeek *contra Jud. l. 5. c. 2.* & alii.

Qv. XIV. *An verba in Piel & Hiphil sustineant quandoq; significationem permissivam?*

Resp. Verba Hiphil & transitiva Piel facta ex intransitivis Kal nunquam nudam inferre permissionem contra Phil. Melanchth. asserit B. Franzi9 *de Interpr. SS. Orac. 24.* & loca Exodi de induratione Pharaonis

non

non συγχωρητικῶς, sed ἐμβατικῶς exponenda censet, (quæ etiam sententia est B. Daunhavveri *Id. boni Interpr. p. 174.*) monetq; loca pro permissiva significatione adferri solita loqui de efficaci concessione & elargitione potestatis. Sic verbi הִרְפָּה & הֶחֱרִים *conservativam* esse potestatem dixit Altingius *p. 71.* At v. quicquid sit de illis Exodi locis, ubi etiã alii indurationẽ capiunt negativè vel privativè pro non-emollitione vel subtractione gratiæ (conf. Glassius *Phil. p. 593.*) verba Hiphil & Piel quandoq; denotare solam non-prohibitionem vel talem concessionem alicujus actus, ut concedens nil conferat ad eum, quanquam prohibere possit, è locis his *Gen. 24. 17. Deut. 2. 28. Jos. 9. 15.* & similibus manifestum videtur. Conf. Glassius *Phil. p. 610.*

Qv. XV. *An Defectiva Pe Jod, Pe Lamed &c. sic Quiescentia Pe Aleph, Ain Jod, &c. constituant peculiares verborũ imperfectorum classes?*

Resp. Verba imperfecta dicuntur ea, quæ non retinent ubiq; omnes radicales. Pro diverso a. modo amissam compensandi dividuntur in *defectivæ* & *quiescentia*. Utrorumq; Grammatici certas constituunt classes. Videntur tn. eas non pauci multiplicare præter necessitatem. Sic frustrà constituitur distincta classis Verborũ *defectivorũ Pe Jod*. Nã cætera verba à Jod inchoata sunt quiescentia: octo defectiva fortè. Ab inductione itaq; potiori fit regula, quæ obstant habentur pro exemtis à regula cõmuni atq; anomalis. Sic & gratis constituitur ordo *Defectivorũ Pe Lamed*. Nam vix unũ alterúve exemplũ regulæ suppetit. Una a. hirundo non facit ver: nec regulam unum exemplum. Supersedere & possumus peculiari ordine *Defectivorum Lamed Nun & Thau*. Nam נ & ת cum alio נ & ת compendii causa in literã dagessatam coalescunt, quæ propriè non compensat, nec n. potestate, sed actu duas exhibet literas, alteram radicalẽ, servilem alteram. Nec opus quiescentibus *Pe Aleph*. Nam eorum exempla numero vix sunt totidem quot Thebarum portæ vel ditis ostia Nili. *Cætera* ab א inchoata quiescentia haud sunt. Nec quiescentibus *Ain Jod*, quia cum quiescentibus Ain Vau coincidunt. Malè tn. à Martinio *Technol. p. 112.* tolluntur ordines *Defectivorum Pe Nun* & *Quiescentium Pe Jod*. Nam verba à Jod & Nun incipientia primæ literæ schevandæ suis locis ordinariè jacturam faciunt.

Qv. XVI. *Num Ebræi habeant nomina composita?*

Resp. A compositione vocum propriè dicta valdè abhorret Ebræus sermo. Et verba quidẽ è radicibus quoad literas mobiles diversis conflata omninò non agnoscunt. Simplicia utcunq; pro compositis satisfaciunt. Quin & ea, qua per composita famosiùs exponuntur, simplicem significationẽ tanquã basin præsupponunt. Sic עלה & ירד ἁπλῶς, indifferenter & sine respectu exponenda: *Scandere Jos. 7. 24. Jud. 11. 37. c. 15. 11.* Conf. Sixt. Amama *Reg. Text. p. 74.*

Quæ verò duplicem habent imperfectionem, ἀκύρως composita dicuntur à Bellarmino, Erpenio, aliisve; ut & quæ habent formam mixtā, à Cevallerio Hotttingero &c. פרשן quidē *Non nemo* ex פרש & נזה compositū dicit, id tn. vel origine τετραγράμματον est, vel quod verisimili9 è פרש cū paragoge literæ ן, quæ ejusdē organi cum ultima ejus radicali. Nomina porrò οἰκεῖα & appellativa composita sunt omniū rarissima, quin juxta quosdā nulla. At certè צַלְמָוֶת citra controversiam est ex צֵל & מָוֶת, quanquam *Laur. Fabriti9*, teste Bohemo *p. 53.* à צֶלֶם deduxerit.

Qv. XVII. *An Jehova sit Nomen Proprium?*

Resp. Probant hoc aliàs exinde 1. quod ipse Deus hoc nomen sibi soli vendicet *Exod. 3. 15. c. 6. 3. Es. 42. 8. 1. Reg. 18. 21. &c.* 2. quod nemini præter Deum in casu recto, ut vocant, & sine addito tribuatur, ut probavit Havemannus *in Theogn. Prol. §. 4. s.* At nos desumimus firmum argum. purè Grammaticum à charactere nominū propriorū, de quo Ephodæus *Op. Gram. c. 9.* Nam ut alia propria hominū, ita & hoc nomen 1. respuit He Emph. 2. non assumit affixa. 3. non admittit formā constructā, nec 4. in pluralē flecti potest. Exsibilanda quippe est crassa inscitia *Matthæi Doringi*, qui contra Burgensem *ad Exod. III.* asserit Tetragrammaton non carere plurali: quærit n. delirus homo, quid vetet dicere à *Tetragrāmaton Tetragrāmatones*, sicut *Simeon Simeones.* Conf. Cartvvrightus *Elect. ad Exod. p. 22.* Amama *de nomine* יהוה *th. 17.*

Qv. XVIII. *An Ebræi habeant certam diminutivorum terminationem?*

Resp. Duplicem modum suppeditant authores, Ebræis in exprimendis diminutivis solennem. Prior, notante Kimchio *in* שרשים *r.* נחש *& ad Ps. 17.* est, ut in fine adjiciatur terminatio ן vel ון E. g. נְחֻשְׁתָּן *ænulum*, אישון *pupilla* qs. virunculus, quod viri parvi imago in oculo conspiciatur. שַׁבָּתוֹן *Sabbatulum.* At quanquam Syri per insertum ון diminutiva exprimant, incerta tn. res de Ebræis. Nec n. exempla adducta sunt ἐξαγώνια. Certè אישון etiam de nigredine noctis usurpatur, ubi virunculi imago nulla. *Prov. 7. 9. c. 20. 20.* Posterior mod9 in geminatione secundæ & tertiæ radicalis consistit. Hinc Aben Esra *ad Ps. 45. Quando prima & secunda thematis geminātur, hoc fit* ליתרון הלשון *ad* αὔξησιν. *cum v. secunda & tertia* לחסרון הלשון *ad* μείωσιν. E. g. ירקרק *subviridis*, אדמדם *subrubidus*, אלילים *deunculi, deastri*, יפיפית *pulchellus es*, &c. Eadem inculcat Pagninus *Inst. l. 2. c. 8.* At certissim9 modus ille est, quo per Adj. קטון vel similiter Ebræi diminutiva περιφράζουσι.

Qv. XIX. *Num plures quam duæ dentur terminationes pluralis Numeri apud Ebræos?*

Resp. Tres cum Cevallerio recenset Bertramus *p. 52. 88.* addens notissimis terminationem י. At hæc constructi nominis est. Absoluti Vir Cl. Hottingerus

gerus sex constituit plurales terminationes *Erotem. p. 40.* primam usitatissimam Masculinorum ים־, quatuor inusitatiores itidē Masculinorū ין־, ־י, ־ים, ־ו, ultimā fœmininorū ות־. At minùs benè. Namq; de statis & propriis Ebræorum terminationibus pluralibus sollicitus esse debuisset. Sic facilè sequestrasset peregrinam ין־, insolentiorem ־י, apocopatam ־ו, & spuriam ־ים quæ dualis non pluralis est.

Qv. XX. *An nomina* מַיִם *&* שָׁמַיִם *sint dualia?*

Resp. Negant id Lud. de Dieu *Animadv. in V. T. p. 2.* Hottinger9 *Hist. Creat. p. 26.* & Cl. Bohemus *Gr. Ebr. p. 57. 115.* Rationes eorum huc redeunt 1. quod singularis, ut ex lingva Æthiopica colligere est, fit שָׁמַי, מַי E. pluralis מַיִם & שָׁמַיִם. 2. quod nulla ratio dualitatis dari queat. 3. quòd dentur alia plurália ejus terminationis. 4. ita sensisse Hieronymum. At rationes nostræ pro affirmativa hæ sunt 1. quia habent terminationē dualē, & quidem præter suas radicales. 2. quia habent tonū in penultima: at omnia pluralia habent tonum in ultima. Ad eorum rationes respondere difficile haud est. Ad 1. R. Quanquam singularis esset מַי & שָׁמַי, pluralem tn. juxta leges Grāmaticas fore מַיִם & שָׁמַיִם. Ad 2. Nec opus quidem esse. Conf. Glass. *Phil. p. 438.* D. D. Wellerus *Spic. III. qv. 2.* Ad 3. esse petitionem principii. Nam מצרים, quod Hottingerus adducit, duale est: & notum Ægyptum à Geographis in superiorem & inferiorem dividi. Sed ירושלים quod addit, nec duale, nec plurale, sed singulare est, quod firmiter inde colligitur tum quod ultima litera sit radicalis, tum quod Chald. scribatur יְרוּשְׁלֶם. Ad 4. Hieronymum locutum de plurali ἐν πλατ, vel non quatenus duali, sed quatenus singulari opponitur, quo respectu & duale nomen rectè plurale dicitur. Conf. de מַיִם Exc. D. Sennertus *ad Pf. 1. q. 8.*

Qv. XXI. *An plurale* אֱלֹהִים *honoris causa adhibeatur pro singulari?*

Resp. Pluralia nomina dominii & quæ αὔξησιν significationis suæ non respuunt, in plurali adhiberi de uno etiam individuo non uno in loco asserit Kimchi; ut *in Miel. p. 55. s. & 705. in* שרשים *v.* ארן *& ad Es. 19. 4.* Hunc sequuntur è Christianis nō pauci. Allegant verò pro se loca *Gen. 24. 9. c. 40. 1. c. 42. 30. Ex. 21. 4. 9. c. 22. 10. 1. Reg. 16 24. Es. 19. 4.* Sed quicquid de veritate regulæ Kimchianæ & de illis exemplis sit, in quib9 quandoq; μεϱισμὸς locū habet, vel non una persona, sed ejus totū involvitur dominiū, ad quod pertinent consiliarii & ministri; certè nomen אלהים Buxtorfius *Thes. p. 353. & 433.* & Hottinger9 *Erot. p. 155.* malè nominibus istis accensent. Nec n. in suo formali dominiū involvit, nec αὔξησιν in Deo inferre potest. Potius ad exprimendum SS. Trinitatis vel saltem pluralitatis personarū mysterium, plurali numero efferri à Theologis & Christianis Philologis religiosioribus dicitur. Ostenderunt id

fusius

[illegible] Hunnius in Calv. Jud. & Anti Pareo I. p. 1. s. Jac. Martini l. 1. de 3 Elohim à p. 5. ad 68. Meisnerus Phil. Sobr. P. 2. p. m. 287. s. Gerhardus Exeg. l. 2. §. 52 s. Havenreffer9 LL. Th. p. 40. s. Feurborni9 in Anti Enjed. ad Gen. l. 1. D. D. Calovius disp. de Plur. Pers. & Syst. T. 3. p. 41. s. Havemannus Theogn. c. 1. Glassius Phil. S. p. 441. Dn. Sennertus Tr. de nomine אלהים: & è Calvinianis præter alios Zanchius de 3 Elohim l. 2. c. 1. Alstedius Lex. Theol. c. 2. p. 100. s. Altingius Exerc. 3. Grammaticæ subnexâ, de אלהים, &c.

Qv. XXII. *An dentur Ebræis casus propriè dicti?*

Resp. Negativæ probatio difficilis haud est. Cum n. ap. Ebræos nomen in uno eodemq; numero non obliquetur s. flectatur è terminatione, quam vocant, rectâ in obliquam, patet non dari propriè dictos casus. Conf. Schick. Ebr. Trichter p. 93. Petræus p. 27. Ravius p. 87. Hinc frustrà fingit septem Ebræorum casus Bokvvitius quidam, notis addens Instrumentalem. Eodem n. jure adjicere quoq; potuisset Circumlativũ, Commorativũ, Narrativum, quos liugvæ Armenicæ applicat Clem. Galanus. Quanquam n. particulæ quædã utcunq; exprimant aliarum lingvarum casus, tamen nec omnibus casibus particula diacritica respondet, nec quibus respondet aliqua, respondet perpetuò. Sic nequicquam ה Genitivi vel Vocativi notam faciunt Avenarius, Alstedius, Pagninus, Bellarmin. aliiq;. Nam convenit omnibus casibus ex æquo. Sic Ablativi nota non est מן. Nec n. omnis vox respondens Ablativo מן habet. E dictis liquet, sub quo moderamine concedendæ sint duæ declinationes. Sc. quatenus declinatio sumitur pro sola variatione Nominis de numero in Numerum. Conf. Martinius Technol. p 86. & Coddæus Not. ad Mart. p. 153.

Qv. XXIII. *An את semper sit nota Accusativi?*

Resp. Assertio est B. Lutheri de ult. verbis Dav. defensa à Gibelio Strig. Bell. §. 35. Et vera est utiq;, sed limitanda, sc. Si præcedat verbũ activũ. Hinc Gen. IV. 1. את esse notã Accusat. & constructionẽ appositionis ultrò sequitur. Falsò ergò reddunt: à, Onkel. Arabs, Ital. Angl. Junius, Piscator: per Dativũ Nachmanides, Calvinvs aliive: cum, Raschi, Aben Melech, Corn. à Lap. Mercerus, Drusivs l. 2. q. 64. & l. 3. obs. & ad diff. LL Pent. Rivetus, Sixt. Amama in Antibarbaro: per LXX. V. V. Grotius &c. Conf. Gesnerus, Lyserus, Rungius, Gerh. h. l Hunnius Calv. Jud. & Anti Pareo, Helvicus Desid. Evæ, Glassius Christol. Mos. Waltherus Offic. Bibl. Wellerus Spic. I. q. 2. Mullerus Jud. P. 1. l. 1. c. 3. D. Calovius Antigr. Havemannus Theogn. c. 5. §. 2. & Wegel. p. 481. Hackspanius in. Not. &c.

Qv. XXIV. *An Nomina divina aliis addita exprimant quandoq; Superlativum?*

Resp. Ita ex Kimchio, Drusius atq; Buxtorfius, cumq; iis Exc. Dn. Sennertus Idiotism. p. 58. Sixt. Amama Reg. Text. p. 89. D. D Wasmuth p. 67. & Altingius p. 42. Hinc & explicant phrasin N. T. ἀστεῖος τῷ θεῷ Act. 7. paucasve similes Camerarius illic, Pasor de Dial. N. T. §. 78. Wyssius Dialectol. p. 310. & Joh. Vorstius Phil. S. c. 16. CL. Glassius Phil. p. 422. hanc addit ἐπίκρισιν, πρώτως, propriè & formaliter nomen DEI additum in exemplis pro regula citatis causam efficientem notare; significationem intensivam esse ἑπομένην, secundariam & materialem. Quod de plerisq; facilè concedimus, vix de omnibus. Conf. Vorstius l. c. p. 390.

Qv. XXV. *Num terminationes plurales Masc. & Fœm. aliquando permutentur?*

Resp Negat id CL. Ravius. At nodum in scirpo quærit. Nam Nomina אבות & נשים utiq; sunt pluralia. Habent autem terminationem suo generi non congruam. Gratis dicitur י & ו esse radicales, ם & ת formativas.

TANTUM EST.

R Heydtmann

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn794233252/phys_0119
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn794233252/phys_0120
DFG

remus alios, quorum labores non admit-
les. Illum ex parte contigimus, neque de
nte, desperamus. Eo certè animo, post-
acra generali haud ita pridem defuncti su-
dam *Critices Sacræ speciem*, Deo duce, pro-
em, dum *voces peregrinas Sacro-Profanas*
edimur. Tractationis nostræ sequentia
De vocibus peregrinis V. T. puta Syriacis
וגר *Gen. 31. 49.* Samaritanis. E. c. נרגל *2. Reg.*
, ut מגי *Esa. 56. 11.* כיון *Amos 5. 25.* Persicis
כ/ אחשורוש/ אסתר/ דריוש/ &c. & appella-
נשתון/ פורים/ אחשתרנים/ אחשדרפנים/ ארגנו
Ægyptiacis E. c. צפנת פענח *Genes. 41. v. 45.*
כיתו/ פסנתרין/ סומפוניות/ &c. II. De voci-
N. T. puta, Ebraicis, ut ἐμμανουὴλ, ἀλλη-
βαδδὼν, χερουβὶμ, &c. Hierosolymitanis, ut
ἐ, χολγοθᾶ, ἐΦφαθᾶ, ἠλὶ ἠλὶ λαμὰ σαβαχθανὶ,
ἀβᾶ, ῥακὰ, ταλιθὰ κοῦμι, &c. Arabicis, ut:
, &c. Ægyptiacis, ut: ῥεμΦὰν, ἰαννῆς, ἰαμ-
nas non curamus. III. De controversis
is. Sic disputatur & in quibusdam lis est
m נוגי *Soph. 3. 18.* מרגמה *Prov. 26. 8.* & σαδδάριον
ginis Latinæ? Num כרתים/ כרוזא/ פרתמים/
מ &c. sint Græca? Num חורים/ בר/ זן &c.
sint Chaldaica? An λίτρα Samaritanum?
unicum? An הגר, אלגומים &c. Arabica, &
bica extent? An פרדס, γάζα, &c. Persica?
henicum? An סחר/ טטפורנ/ חרטמים/
כנה/ מן/ אברך/ צפרדע/ ש, λιβερτῖνος, &c.
um *Candaces* nomen Habesinum? An
gine Indicum? &c. IV. De terminis in
siastica *Maronitarum*, *Jacobitarum*, *Coptita-*
um, *Habesinorum*, &c. frequentatis, de
vocibus